
Proib.


BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
16 A
47



ἈΣΥΛΙΑ,
hoc est,

DE IVRE ASY-
LORUM TRACTATUS
locupletissimus,

AUCTORE

GEORGIO RITTERSHVSIO,
Jur. Ut. Prolytâ, Conradi IC.
& Antecessoris Acad.
ALT. F.



S. Andrea della Valle.





ARGENTORATI
Sumpt. EBERHARDI ZEZNERI, Bibl.
Anno CIↃ. IↃ. CXXIIII.

ILLUSTRISSIMO ET CELSISSIMO PRINCIPI AC DOMINO,

DN. AUGUSTO,

COM. PALATINO RHENI, DUCI BAUARIÆ, IULIÆ, CLIVIAE, MONTIUM, COMITI VELDENTIAE, SPANHEIMII, MAR. RAUENS. MÖRS. DN. IN RAVENST. DN. meo Clementiſſimo.

ILLVS



LLUSTRISS^e. PRINCEPS, DN Clemētiſſime. Non una eſt ratio, quæ me commovit, ut hunc qualemcunq; meum De ASYLIS Tractatum ILLUSTR^mæ CELS^t. T inſcriberē atque dedicarem. Prima eſt, quòd, abſit invidia dicto, inter Principes Germaniæ Tu potiſſimum audis Mecænas literatorum. Loquuntur hoc non ſolùm Viri Prudentiâ & doctrinâ ſpectatiſſimi, quos ab aulâ, conſiliis & latere habes quotidiè ſed & Illuſtris Schola, quam exemplo Maiorū laudatiſſimo in urbe SOLISBACHIO inſtituiſti, eandemq; viris ad iuventutem in primis literis & artibus humanioribus feliciter recteq; erudiendam idoneis, inſtruxiſti, & præter alia, hoc inſigne benè adminiſtrati Principatûs argumentum dediſti. Et ſanè niſi exulceratiſſimis hiſce belli civilis temporibus ſint Principes, qui Muſas Bellonæ furore disiectas turbatasq;, comiter excipiant: qui Rei literariæ Antiſtites, aris focisq; belli iniuriâ, non delictorum atrocitate pulſos, iuvent ac foveant: qui diſſipatos cœtus ſcholaſticos recolligant, quiq; in locum peſſum-

datarum, & nescio quò translatarum Bibliothecarum, novas substituant, quod aliud Germaniæ nostræ erit fatum, quàm Græciæ, in quâ provinciâ nobilissimâ Musæ Gratiæq;, Pacis Filiæ, domicilium suum tamdiu retinuerunt, ac barbariei restiterunt, donec Martis sævitiâ & bellorum intestinorum immanitate omnia sursum deorsum verterentur. Iisdem de caussis, irruentibus in Italiam nationibus barbaris, gliscentibusq; Principum familiarum, & potentissimarum Rerumpub. mutuis odiis, eædem Musæ migrationem susceperunt, & ut verbo Feudistarum utar, transalpizârunt, translatis secum in Patriam nostram omnibus quasi fortunis suis. Ita ut Imperium nostrum hactenus non tantùm inventione laudatissimæ artis Typographicæ, quâ liberalium artium studia mirum quantum creverunt: sed & Universitatum, Academiarum, Gymnasiorumq; instructissimorum numero, prætereaq; virorum in omni doctrina genere versatissimorum excellentiâ, alia regna & provincias longo à se intervallo reliquerit. In Galliâ contrà & Italiâ, licet iniustus essem, si illis viros insigniter doctos negarem: in Studiis tamen, quæ vocant, & Universita

niversitatibus, si ἀκροαῖς visites, discendiq; causâ ingrediaris, præter clamores, sibilos, tumultus, Doctorum exagitationes, rarò aliud audias. Quo verò apud nos hodiè bonæ literæ atque artes loco sint, proh dolor! ob oculos est. Quot propè dixerim Studiosorum millia exutâ togâ militiæ nomen dederunt, cùm viderent, ferrea hæc esse tempora, manu & vi omnia agi, ius neminem metuere? Quantus numerus est eorum, qui ob caritatem annonæ diutiùs in Academiis vivere non potuerunt, medium studiorum cursum interrumpere coacti? Ac quemadmodum vulnera dolores excitant maximos, si iterum unitatem faciunt & coalescunt: Ita valdè metuo, ne post aliquot demum annos hanc iacturam studiorum graviter simus laturi, frustra tum de remedio solliciti. *Itaque exorandi sunt Principes & Resp. ut vires suas ad culturam politioris literaturæ conseruandam impendant. Illâ enim salvâ, verus DEI cultus vigebit, & res quà publicæ, quà privatæ florebunt: eadem verò neglectâ, ager Ecclesiæ & Reipub. iacebit squalidus, & sentibus ac dumis paulatim magis magisq; obruetur. Tu verò AVGVSTE PRINCEPS, perge quo cœpisti tramite: ausim*

dicere AUGUSTO CAESARI *palmam Te dubiam redditurum. Facilius enim ipsi erat, rebus omnibus pace firmatis, litterarum studia colere, & Viros doctrinæ laude dignos præmiis ornare, & honoribus afficere: quàm* TIBI, *Princeps Illustriss. in his difficultatibus annonæ caritatis, rei monetariæ, & tumultuum bellicorum, quorum unicâ mentione cuncta incluseris mala. Ex paucis Principibus Tua quoque Celsitudo erit, cuius temporibus bella sævierint & studia literarum floruerint.*

Præterea materna mihi origo est SOLISBACHIO: *in qua Urbe Maiores mei* STAUDNERI *in utraque cathedrâ Ecclesiasticâ & Scholasticâ, magnâ sua cum laude & Populi atque iuventutis fructu versati sunt: partim etiam Illustriss. Celsit. T. Antecessoribus, inclytæ recordationis à Consiliis per complures annos fuerunt. Proinde neque debui neque volui, Cognationis meæ ita penitus oblivisci, vel adeò me erga alteram Patriam meam ingratum exhibere, ut mei nec vola, quod dicitur, nec vestigium apud utramque extet. Quin imò hoc in votis habeo unicè, ut occasio mihi præbeatur, viresq; suppetant, quò*

demon-

strare possim, grato animo me agnoscere, quod non tantùm mihi, sed & Cognatis & Patriæ meæ natus sim, quodq́; studiorum meorum fructus omni iure ac ratione illis debeam. Quocirca & apud Illust. Celsit. T. tanquam Rectorem & Caput supremum, tenuitatis meæ censum profiteri, & aliquod subiectionis τεκμήριον edere necessarium duxi: in quo ut hoc quidem tempore Illust.ma Celsit. T. acquiescat, maiorem in modum, & quâ par est animi submissione oro.

Non possum etiam silentio involvere, quâ Clemētiâ Illustriss.mus Princeps ac Dn. Dn. OTTO-HENRICUS, Comes Palat. Rheni, &c. tum temporis Solisbachii aulam habens, ὁ νῦν ἐν ἁγίοις, Conradum Rittershusium, JCtum & Antecessorem quondam Academiæ Altorfinæ, & inclytæ Reipub. Norimbergensis Consiliarium, Parentem meum desideratissimum, prosecutus fuerit: Quem non tantùm mensæ adhibuit aliquoties, sed ipsius colloquio & præsentiâ usus atque delectatus fuit, adeò, ut cùm Illust.ma Cels. ipsi⁹ bombardis fortè exerceretur, monuerit Parentē meum, ut & ipse fortunam tentaret. Insuetum hoc ipsi, utpote peritiori tractandis libris, quàm armis, erat

exercitium: cùm tamen honestè non posset refragari, (cogit enim dum rogat potentior) bombardâ maxillæ applicatâ & explosâ, ictus ἀγαθῇ τύχῃ *ita cessit, ut scopum feliciter tangeret. Quare laudatiss. & literatorum amantissimus Princeps gavisus, publicè, ut moris est, per præconem nunciari iussit: Doctor* Rittershausen hab den Ritterschuß gewonnen. *Cuius gratia, & aliorum insignium à Celsit. ipsius sibi exhibitorum beneficiorum prædicandorum ergò, nomini eius Meditationes historiæ Regis ac Prophetæ Davidis ante hos viginti quinque annos dedicavit. Quare vel in hoc etiam Parentis mei vestigia premere & eT, PRINCEPS AUGUSTE, huius mei ingenii fœtus protectorem & asylum precibus cooptare volui, ad quod obtrectatorum protervià lacessitus tutò confugere, & ab eorundem technis immunis esse queam.*

Suscipe ergo, Princeps Celsiss. patrocinium Quasi Civis tui, qui se suaq; studia Celsit. Tuæ omni subiectione & humilitate devovet. Augusti favoris Tui me quoque redde participem, & aurâ Tuæ Clementiæ in Studiorum portu laborante promove, ut toto legitimo opere perfecto, Respub. in partibus eius mihi credendis

dendis poſsit adminiſtrari. DEUS OPT. MAX. *Celſit.nem T. cũ Illuſtriſs. Cõiuge ac liberis, Univerſum denique Principatum ab omni calamitate protegat, & myrmeciis bonorum ſuorum augeat, ut temporibus Tuis fauſta Auguſti Imperatoris acclamatio conveniat.* FELICITAS! *In quo voto deſino, & Illuſt.ma Celſit. T. me humiliter commẽdo. Dedi Argentorati, a. d.* VII. FEBR. *A. Rep. Sal.* CIↃ. IↃ. C. XXIII.

ILLUSTR.mæ CELSITni. T.

devotiſſimus,

Georgius Rittershuſius,
Jur. Ut. Prolyta.

CARMINA ENCOMIASTICA TRACTATUS DE IURE ASYLORUM.

I.

Ad Auctorem de hoc suo tractatu eximio De Asylis, Georgii Remi ICti, Patr. August. Reique pub. Norimbergens. Consiliar.

δεκάστιχον.

Quam nemo adtigerat digito (namq; ardua, crede,
Materies hac est) tangeréve ausus erat;
Hanc illustrasti primus, primusq; dedisti
Productam in scenam; laude vehendus eris,
Laude vehendus eris, lauroq; ornandus, Amice
RITTERSHVSIADE; Quod decus omne tuum est.
Hoc decus omne tuum est. Qui confugient ad ASYLA,
Vitam debebunt, CLARE GEORGE, Tibi:
Clare GEORGE, Tibi potius, quàm forsan Asylis:
Ius quòd Asylorum tam tueare probè.

II. ALIUD EIUSDEM.

Ex interpretibus Legum mystisq; Themistos
Quam nemo digitis (quod dicitur) hactenus umquam

Extremis

Extremis vix adtigerat (namq; ardua visa est)
MATERIEM: (SARPVM demas, quem nupera demum
Parturiit Panegyris) Das primus & ornas,
RITTERSHVSIADE, laurû exornande virenti,
Laude vehende super radiantia sidera Olympi,
Ius quod Asylorum vocitant, quod habere dederunt
Induperatores Romæ, Mosesq; bicornis
Divino iussu, Gentes, Regesq; Pelasgûm.
Exequitur plenis calathis hac omnia noster,
Nec timet à SARPO: nequit offecisse, GEORGI,
Luminibus, mihi crede, tuis Tu Confuga vitam
RITTERSHVSIADAE debes, qui Iura politâ
Et methodo atque stylo docto enucleavit ASYLûM.

III.

Ad V. CL.

GEORGIUM RISTERSHUSIUM, I.V.C. de Asylorum Iure doctissimè scribentem.

LAudibus implevit dum RITTERSHVSIVS Orbem,
Ingenium stupuit terra fretumq; Viri.
Nunc autem in Gnato patrios reminiscitur ausus:
Ingenium Patris Gnatus & ora refert.
Si specimen non testis erunt simul illud & illud:

Hoc quod Asylorum dogmata tractat, erit.
RITTERSHVSIADE, magni fili optime Patris,
Qui te non propter nomina Patris amat;
Egregiæ propter doctrinæ pondus amabit.
Cedite qui Samii dicta negatis avi.
Filius hic etenim non par est sorte Parenti:
Sed Pater est, animam sive Parentis habet.

Matthias Berneggerus, Vniverſ. Argent. p. t. Rector, ſcr. prid. Kalend. Ianuar. M. DC. XXII.

IV.

GEORGIO RITTERSHUSIO, CUNRADI Fil. S. D. P.

Cùm de conſcriptis me poſcas carmen Aſylis
CHVNRADI Magni Nate RITTERSHVSII,
Indignâ TIBI, Crimen erit, ſi hoc voce negarem,
Cùm foveam æternam Patris Amicitiam:
Qui meliore ſui, in Te vivit, imagine, Nato;
Vt vix ad plures hunc abiiße putem!
Rem magni præſtas pretii, magniq; laboris,
Et dulci miſces utiliora ſtylo.
Iuſtitiæ ſua laus: ſed & hanc Clementia poſcit,
Quæ Legum haut ſummo Nomine ſemper agit.
Legifero Moſi tutiſsima condere Aſyla
Mandavit certâ cum ratione DEVS.
Talia & Herculeos Fama eſt fundaße Nepotes,
Quò effugerent ſtructas propter Avũ inſidias:
Prin

Principio ROMAE quoque ROMVLVS acer Asylum
Rettulit, urbs fieret Civibus aucta suis,
In Patria nostra sunt arcium & urbium Asyla,
Ad quæ, haut sponte reus, effugia ampla patent.
Hæc Tu solerti studio dum singula lustras,
Historicâ prudens colligis atque FIDE:
Cur Te destituam meritis nunc Laudibus? aio
VEL PATRI COMPAR, VEL PATRE MAIOR eris!

Ianus Chunradus Rhumelius, Phil. & Med. Vt. Ip. D.

V.

AD CL. Doctrina & virtute Virum, Dn. GEORGIUM RITTERSHUSIUM, I. V. Lyt. Amicum veterem & verum,

Σύγχαρμα.

GALLIA Te vidit, BATAVûM es versatus in oris;
ANGLIAE & ITALIAE cognita terra Tibi.
Post adita hac Mundi loca, nunc adyta intima Iuris
Curis decernunt præmia digna Tuis:
Vt Tua iure domus posthac EQVITIS DOMVS (at non
Martis, sed Themidos) strenui ubiq; cluat.

Testandi affectûs ergò L. M. scripsit SENIS Etruriæ HERMANNUS TEDERINGUS Dantisc. Incl. Nat. Germ. p. t. Procur. in Fest. Barthol. Anno MDCXXII.

VI.

Ad Præstantissimum Dn. GEORGIUM RITTERSHUSIUM, I. V. CAND. amitinum meum colendum & percharum, DE IURE ASYLORUM tractantem.

CRevit in immensum scribendi stulta libido;
Et vix, quò ulterius progrediatur, habet.
Sunt qui, si leviter tantùm didicêre vel artes
Vel linguas, nequeunt non placuisse sibi:
Se SENECAE similes, CICERONE nec inferiores,
Vtq; aliis cedant, fas minimè esse putant.
Conscribunt quædam mediocria, plurima vana;
Quæ nucibus cassis, qui sapit, haud emeret.
Sunt etiam, quos multa licet sapientia honoros
Efficiat: tamen, à quo maculentur, agunt:
Furtivis sese exornant famáq; librisq;,
Proq; suis edunt, quæ reperere alii:
Vt modo se ditent, vanâ ambitione tumentes.
Proditur at sorex indicio proprio.
Tu non es talis, deturpant talia nec te,
Mi RITTERSHVSI, teste vel invidiâ.
Non aliena edis: proprio ast inventa labore,
Nec, qui iure sibi vendicet, ullus erit.

Flumine

Flumine nec tantùm Aonio labia humectasti
Extrema, ingenii nec tibi inane caput.
Verùm dum cupis optatam contingere metam,
AEternumq; tibi conciliare decus,
Aßiduè evolvis doctorum scripta virorum,
Exq; illis memori mente notanda notas.
Omnibus ostendis, pulchrum & prabes documentum,
Quid queat illa tui vivida vis animi.
Non pro more aliis solito vulgaria tractas,
Sed rara: Et misces dulcibus utilia.
Egregiè ex veterum scriptis exponis asyla,
Queîs tutus, quem sors dura premebat, erat.
Nec mores tantùm antiquos mirare, sed addis
Nostro quid valeat tempore, quidvé minus:
Punctum hinc omne feres. Perge hoc decurrere calle:
Succeßus facile est cui dare cuncta, dabit.
Perge tuam fama praclara aquare Parentis,
Cuius laus nunquam dispeitura viget.
Mecanas aderit tibi non speratus. Vt aquor
Pisci, sic docto est omne solum patria.

Amicâ manu scribebam συ φημῶν in inclytâ Norimbergensium Academiâ Altorfina, 4. Novemb. Anno 1622.

TOBIAS OLFEN, BRVNSVICENSIS.

CATALOGVS AVCTORVM EX QVIBVS HIC TRACTATUS desumptus est.

Adrianus Turnebus.
Ægidius Bossius.
Albericus de Rosate.
Albericus Gentilis.
Albertus Kranzius
Alfonsus Vlloa.
Alexand. ab Alexandro.
Ammian. Marcel.
Andreas Alciatus.
Angelus Aretinus.
Angelus Politianus.
Antonius. Guevara.
Appianus Alexandrinus.
Aristoteles.
Archidiaconus.
Asconius Pedianus.
Athanasius.
Augustinus.
Azo.
Acta Bohemica.

Baldus.
Barnabas Brissonius.
Baronius Cardin.
Bartolus.
Bartholomæus Kekerm.

Caspar Peucerus.
Cælius Rhodigin.
Cedrenus.
Cassiodorus.
Cicero.
Conradus Rittershusius.
Cornelius Tacitus.
Cuspinianus Ioan.
Cynus.

Desid. Erasm. Roterod.
Didacus Covarruv.
Dio.
Dionys. Gothofredus.
Diodor. Sicul.

Eberhardus Speckhā.
Emanuel Metteran⁹.
Evagrius.
Euripides.

Fabius Quintilianus

PROOEMIVM ATQVE PARTITIO COMMENTATIONIS, DE IVRE Asylorum.

SVMMARIA.

1. *Studium Iuris publici à privato malè divellitur.*
2. *Erroris huius sequela.*
3. *Vnde desumenda sit tractatio de Asylis.*
4. *Scopus Auctoris.*
5. *Ordo tractationis.*

PRAVVS atque inveteratus apud Iuris Civilis Studiosos error est, quo putant, in tractatione Studii sacratissimi, cui se mancipârunt, omne illud tempus se perdere, quòd *Iuri Privato* detrahunt. E contrario illi, qui *Iuri Publico* operam dant, sive vulgari *Politici* appellatione delectantur, *Ius Privatum* omninò negligunt. Quod pestiferum schisma qui in Iurisprudentiam nostram induxit, næ indignus ille fuit, qui Sacrosanctæ Iustitiæ limina unquam salutaret, vel etiam attingeret. Quid Pomponius IC. annon Tuberonem laudat, quòd *doctißimus fuerit iuris publici & privati*? in l. 2. §. 46. ff. de Orig. Iur. Compilatores verò Iuris nostri; annon Tractationem Iuris Privati, 1.

quam Institutionibus propriam esse voluerunt, destitutam scientiâ Iuris publici, imperfectam, mancam atque mutilam æstimârunt, clauso compendio sive Elementis Iuris titulo
2. ex Iure Publico desumpto? * Hinc fit, ut illæ Iuris materiæ, quæ Ius tantùm Privatum concernunt, verbi gratiâ, De Contractibus, Testamentis, Tutelis. &c. à plerisque quasi commentario illustrentur, trahentibus in abusum dictum ICti: *Quotidiana esse plenius cognoscenda.* l. 25. ff. de liber. legat. Illa verò argumenta, quæ ex coniunctione Vtriusque Iuris, Publici & Privati, Civilis atque Canonici, Humani atque Divini eruenda sunt, addo & ex lectione historiarum atque humaniorum literarum illustranda, ferè iaceant, & pauci sint, qui in hac arenâ desudare, & diligentiam
3. suam eiuscemodi scripto acuere velint. * Tale est *Ius Asylorum*, cuius definitio non ex uno Iure, neque solo Iure desumi potest: sed ita diffusa est, ut eam sibi Politici, Theologi, Legistę, quos vocant, & Canonistæ vindicent. Horumque eam fori facit Alber. de Rosa. in rubr. C. de iis qui ad Eccl. conf. Oldrad. cons. 154. Incip. Quidam deliquit. num. 1. per c. 1. dist. 10. c. 1. & de oper. nov. nunc. Ex omnibus verò, quos in hac materiâ evolvi, nemo mihi satisfecit magis Petr. Gregor. Tolos. cùm in Syntag. iur. Vniv. tum in libb. de Repub. In eo enim hoc singulare est, quòd pro variâ suâ & multiplici lectione, cum Iure Romano aliarum quoque gentium

gentium & variorum populorum instituta & mores diligenter confert. Ei omninò ignoscendum est; si pro instituti ratione minùs accuratè omnia disposuit: licetque fortassè aliquid addere, quod ab ipso fuit prætermissum. Apud alios passim pauca, quæ ego viderim, de Asylis reperiuntur. Quæ cùm iam scripsissem atque absolvissem, prodiit Petri Sarpi ICti liber singularis De Iure Asylorum, translatus ex Italico ab Augerio Frixelburgio ICto, quem cùm in Catalogo præteritarum Nundinarum Francofurtensium primùm notâssem, post Homerum me Iliada scripsisse, & quod huic argumento temporis impendi, nisi omninò periisset, melius tamen in quotidiano studiorum curriculo me collocare potuisse putabam. Sed postquam is in manus meas pervenit, non tantùm pleraque capita, quæ in ipso sunt; me quoque pertractâsse: sed & bonam partem eorum quæ Sarpus omninò non attigit, in medium protulisse animadverti. Itaque ad literas Viri cuiusdam celeberrimi, mei præter meritum amantissimi, cui benè sit! iterum me erexi. Is verò: In Sarpo, scribit, aliam Methodum à tua deprehendi, teque res plurimas habere, quas Sarpus non habet, video. Vnde iudico, te non perdidisse oleum & operam; quod verebaris. Prodi, prodi in lucem, securus Calumniarum. Quot scripsêre Doctores de una eademque materia: De Feudis commentatores CC. numerantur. Quid ergo mi-

rum sit, duos extare qui de Asylis scripserint Doctores? Materia est ampla. Quid si olim tertius superveniat, qui iis, quæ vos duo iam protulistis, addat alia atque alia? PALMA in medio posita est. Saltare Comœdiam potes post Roscium istum. Hæc ille. Per me sanè Sarpo sua constet laus, quatenus salvâ veritate licet, à qua is aliquoties aberrare videtur; nisi ego valdè fallar: Quod ostendam infrà inter paraleipomena. Qui verò Asyla Germaniæ enumeraverit, qui in privilegia eorum, Auctores, atque Tempus fundationis inquisiverit, scio
4. neminem. *Itaque hac meâ rudi Iuris immunitatis Sylloge, aliorum ingenia, quibus plus scientiæ atque experientiæ est, excitare, hancque materiem pulcerrimam commendatiorem ipsis reddere volui. Qui in eâ aliquid laboris atque industriæ posuerit, is meâ opinione non solùm de Iurisprudentiâ nostrâ benè merebitur: sed laudem etiam atque gloriam reportabit non vulgarem. Quæ sententia etiã est Petr. Sarpi, qui ab initio lib. sui singularis de iur. asyl. Frequenter, inquit, in mentem venit, quàm rectè & ex usu publico faceret is, qui rem tanti ponderis ac momenti, disputationibus, quæ veritatem huc illuc trahere solent, omissis, sine spe & ambitione graviter &
5. accuratè tractaret. &c. *Mihi hic Ordo tractationis non inconcinnus visus est, si per hæc capita eam: ut, CAP. I. tractet: De Asyli nomine, Definitione, Divisione. Cap. 2. De Asylis

ſylis perſonalibus. Cap. 3. De locis privilegiatis. C. 4. De Auctoribus & Fundatoribus Aſylorum. C. 5. Eiuſdem argumenti. Cap. 6. Quæ Perſonæ & ex quibus cauſis Iure τῆς ἀσυλίας gaudere poſſint, vel inde arceantur. C. 7. Quales transfugæ ſe gerere debeant, tum in modo vivendi in locis ſacris, tum ſi citentur; vel in Ius vocentur. C. 8. Quomodo cum illis procedatur, qui indignè Aſylis uti præſumunt. C. 9. De exemplis nobilium Aſylorum, tàm antiquorum, quàm recentium. C. 10. Laudes eorum, quibus inviolabilia fuerunt Aſyla: Et Pœnæ violatorum. C. 11. De Iuris Aſylorum contrario, Iure remiſſionum: Itemque de Aſylis ſublatis, & quatenus tolerari debeant. Cap. 12. Continens Paraleipomena. C. 13. De his qui ad ſtatuas confugiunt: ubi de Origine, uſu, luxu &c. Statuarum.

CAPVT PRIMVM

De Asyli nomine, Definitione, Diviſione,

SVMMARIA.

1. *Aſyla unde dicta.*
2. *Quomodo Orthographicè ſcribenda.*
3. *Synonima* ἀσυλίας, *ſive Iuris Aſylorum.*
4. *Eccleſia* συνεκδοχικῶς *pro templo.*

5. *Differentia & notationes Ecclesiæ & Templorum.*

6. *Sedes in Iure Canonico tractationis: Galli & Itali quomodo appellent Asyla.*

7. *Descriptio Asylorum.*

8. *Divisio eorundem.*

1. NOMEN Asyli Græcam habet originem. Dictum est enim ab α στερητικῷ, & verbo σύλαω, rapio, prædor. σύλη, præda, spolia. Servius autem Asylum dictum mavult, quasi ἄσυρον, à verbo σύρω, quod est traho; propterea quòd inde avelli quempiam nefas esset, per lambdacismũ littera ρ. mutata in λ. Gl. in l. 17. §. 12. ff. & ædil. & Lud. Viv. ad August. lib. 1. de Civ. Dei. c. 4.

2. Pet. Martyr in Loc. Comm. * Hinc in Orthographiâ peccant, qui pro Asylo, Asillum scribunt, sive Asilus, qui vermiculus est, effigie scorpionis, magnitudine Aranei, thunnos & gladios sub pinnâ infestans, canis exortu. Græcis οἶστρον: de quo Aristot. de hist. anim. lib.

3. 8. c. 19. mi. p. 1031. & passim. *Asylon autem in neutro genere substantivè, in communi adjectivè, ut Grammatici vulgò loquuntur, usurpatur. Ædem igitur asylam, vel Græcorum inflexione, asylon dicere possumus, & simulacrum asylum. Philostratus: καὶ ἄσυλος ἦν ἀνδριὰς τοῦ Τιβερίου. Asylos enim erat statua Tiberii. Et locus asylus apud Iul. Polluc. onom. περὶ ἀσύλου τόπου. p. 2. lin. 27. εἰ δὲ καὶ ἄσυλον τι εἴη, τοῦτο

ἢ χρησ-

καὶ κρησφύγετον λέξε, καὶ φύξιμον, καὶ ἱερους ὅρους ἐφ' ὅσον τοῖς οἰκέταις ἀσφάλεια, Hoc est: *Sed si aliquod asylum fuerit, latebram vocabis & refugium: sacros terminos, quibus servis securitas prabetur.* Porrò ab asylo est ἀσυλία, id est Ius libertatis & veniæ, quod quis apud aras consequitur. In antiquo quodam Lexico ἀσυλία redditur, defensaculum. Vocatur etiam *Ius securitatis, immunitas* sive *Emunitas Ecclesiæ*: Quasi extra munia, id est, munera, data libertas, ab e, quod est extra: vel dicitur *Immunitas*, quasi sine muneribus data libertas, ab in, quod est, sine: vel dicitur *immunitas*, quasi *puritas*: Vnde dicitur quis immunis nedum â muneribus, vel honoribus; sed à peccatis. c. fin. de purg. Can. Hostiens. in summ. tit. & his qui ad Eccl. conf. Quid immunitas Civilis sit, vid. tit. ff. de iure immunitatis. & tit. C. de immunitate nemini concedenda. 4.
lib. 10. tit. 25. l. 18. ff. de verb. signif.* Ecclesiæ verò appellatione *locus sacer* continetur per synecdochen. Quemadmodum & Salvian. de Gubern. Dei lib. 3. p. 92. Templa vocat Ecclesias: *Ecclesias, vel potius templa atque altaria Dei, minoris reverentiæ quidam habent, quàm cuiuslibet minimi ac municipalis Iudicis domum. Ecclesia enim non dicitur in loco, sed in personâ: Quia Deus non in loco, sed in personâ scilicet* B. *Petri suam fundavit Ecclesiã, dicens: Tu es Petrus*, ut loqui amat 5.
Nicol. Boër. dec. 110. n. 3. * Ceterũ quia ad differentiam Templorum & Ecclesiarum perveni, non possum quin ad maiorem eius evidentiam

pauca neque cuivis obvia superaddam. Primùm mutuabor à Doctore meo colendiss. Dn. Scipione Gentili, quæ de tribus Ecclesiæ significatis affert ad Epist. Pauli ad Philem. c.8. per tot. quorum primum est, quando sumitur pro cætu fidelium: ut apud Isidor. Pelusiot. lib. 2. cap. 246. ubi ecclesiam definit: ἄθροισμα τῶν ἁγίων τὸ ἐξ ὀρθῆς πίστεως καὶ πολιτείας ἀρίστης συγκεκροτημένον: hoc est, Sanctorum cætum ex recta fide atque optima vivendi ratione collectum. Secundum pro Cætu malorum sive τῶν ἀπὸ τῆς πίστεως ἀποστασάντων. Timoth. 2. Tertiũ quãdo Ecclesia sumitur pro loco, v. g. apud Gregorium Nyssenum in Epist. de itantibus Hierosolyma: τὸ γὰρ ὄχημα ἡμῖν ἀντὶ ἐκκλησίας καὶ μοναστηρίου ἦν, διὰ πάσης τῆς ὁδοῦ συμψαλλόντων πάντων σὺν νηστευόντων τῷ Κυρίῳ: id est, vehiculum publicum, quod ab Imperatoris benignitate impetratum εἰς εὐκολίαν τῆς ὁδοῦ scribit, nobis erat vice Ecclesiæ & Monasterii toto itinere cunctis concinentibus & ieiunãtibus Domino. Eiuscemodi triplex latini verbi Concionis notio est apud Gell. lib. 18. c. 7. Secũdò de Templi appellatione notãdum, eam Christianos quasi ab idololatria profectam respuisse. Hinc Zeno Veronensis sermon. de Continentia: Proponimus itaque vt sæpè contingit in unum sibimet convenire diversæ religionis diem, quo tibi Ecclesia, illis adeunda sint templa. Ecclesiam appellat Christianorum conventiculum: Templa gentilibus tribuit. Hieronymus ad Riparium

rium presbyterum adversus Vigilantiū; mortuo cadaveri atque pollincto præbebant excubias, ut post multa secula dormitantius somniaret, imò eructaret (immundissimam crapulam, & cum Iuliano percussore sanctorum basilicas aut destrueret, aut in templa converteret. Ergo & florentibus rebus Christianis, cùm essent basilicæ non minùs superbę, quàm gentium templa, ab ista tamen appellatione abstinebant, eamque nationibus remittebant. Quanquam si templa sunt loca magnificè constructa, in quibus Dei simulacra constituuntur, & ubi Deus quasi habitare existimatur, quomodo nos ædes ad usum habitationis habemus, prioribus Ecclesiæ temporibus Christianis templa erant nulla. Sed si templa vocanda sunt quæcunque loca, in quibus fideles congregantur, & sociatis votis Deum invocant, ac cetera religionis officia celebrant: profectò Christiani sua semper habuerunt templa: ædes scilicet privatas, & quascunque ædium partes, cœmeteria, sylvas etiam, & cavernas, & cùm erat aliqua Ecclesiæ quies, conventicula, non ad ostentationem extructa, non ubi Dei simulacrum, tanquam præsens aliquod numen adoraretur, sed ubi fideles preces suas ὁμοθυμαδὸν ad Deum summum ablegarent, & pietatis officia obirent. Quam egregiam de templi nomine observationem relinquo Iacobo Pontano Attic.bell. Syntag. 2, c. 178. p. 190. Hoc tantùm addo, Iuri quoque Ci-

vili discrimen Templi & Ecclesiæ non esse incognitum, argumento tit. C. de Sacrosan. Eccles. De his qui ad Eccl. confug. De his qui in Eccles. manum. Iuncto tit. de paganis sacrificiis & templis: Tit. Ne rei dominicæ vel templorum vindicatio, temporis exceptione submoveatur. ubi vid. Cuiac. in παρ. per text. ibi allegatos: quibus adde tit. de locat. prædior. civil. vel fiscal. seu templor. a collatione fundorum fiscalium, vel rei privatæ, vel dominicæ, vel
6. civitatis, vel templi. lib. 11. *Itaque ut in orbitam revertar, tit. 49. lib. 3. decr. & tit. 17. in 6. & Cl. ult. lib. 3. ubi sedes est in Iure Canonico argumenti nostri, inscribitur: De immunitate Ecclesiarum, cœmiterii, & rerum ad eas pertinentium. Galli asyla vocant Franchises. Itali, asilo, franchigia, luogo franco, dove i malfattori stanno sicuri dalla giustitia. Nos appella-
7. mus Freystätt Freyhung. * Est itaque Asylum Templum aliúsve quivis locus inviolabilis & consecrationis lege tutus, ad quem confugientes sine summo piaculo avelli non
8. poterant. * Porrò Asyla variè dividi atque distingui possunt, *in realia & personalia*: vel ratione fundatorũ: in divina & humana: in Christianorum & paganorum: servorum & liberorum hominum, vel etiam communia utrisque: Quæ divisiones deinceps explicabuntur.

Cap.

CAP. II. DE ASYLIS Personalibus.

SVMMARIA.

1. *Personæ sanctæ & inviolabiles.*
2. *Elogia Iurisconsultorum veterum.*
3. *Sententia interpretum Iuris de sacerdote deferente Corpus Domini asylo, rejicitur, & profanationes sacræ Cœnæ notantur.*
4. *Populi sancti & inviolabiles.*



T plurimum quidem Asyli appellatio tribuitur locis privilegiatis: Quandoque tamen etiam personis sanctis, quæ non tantùm ipsæ inviolabiles sunt, sed alios etiam immunitatis suæ clypeo protegunt atque servant. Vt taceam Deum miserorum, & afflictorum asylum crebrò in sacris literis vocari; v. g. ex Paraphrasi Valent. Cremcovii Ps. 9. v. 3. Tu tutor indigentum Asylon exuli. Psal. 90. v. 1. Pandens tuis per seculum Asylon invictissimum, Gratante laude dignus. Psal. 91. v. 1. Asylon ô meum Deus, Arx, robur, aura portus. Et Ps. 62. v. 1. Nonne in salutari suo dum turbo consilescat, In rupe perfugii Deo Mens ægra conquiescat. Tales personæ asylæ erant Principes atque Reges. Vndè Æsopus Crœsum Regem Lydiorum, eum absque caussâ occidere volentem sic alloquitur: κἀγὼ νῦν, ὦ βασιλεῦ, τῶν ζώων

ποδῶν ἅπτομαι, μή με εἰκῆ φονεύσῃς: *Et ego itaq; Rex, tuos pedes attingo, ne me sine caussa occidas.* Et de Iul. Cæs. Boterus in eius vitâ scribit: Era il ricovero de gli indebitati, il rifugio dei falliti, il sostegno de gli scialaquatori, l'asilo dei micidiali. Eiusdemque cædem exaggerat Appian. Alexand. de bell. civ. lib. 2. p. 548. ex circunstantia loci & personæ: *Perpetrato*, inquit, *ab homicidis* (Cassio & Bruto) *hoc scelere in sacrato loco, & in sacrosanctum hominem, fuga orta est. Cinna civili manente bello cùm per præconem edixißet, ut servi ad eum confugientes velut ad Asylum, liberi forent, illosq; ad pileum vocasset, magnas servorum & perditißimorum manus coëgiße fertur.* Alex. ab Alex. gen. dier. lib. 3. c. 20. p. 160. Eoq; respiciens Leo Imp. constituit in l. 3. C. de his qui ad SS. Eccl. ut Asyla nulla sint in Regia urbe, in qua Imperator divinitate propitia degens, quoties usus exegerit, invocatus, singulis causis atque personis præsentanea constituta præstat. Imperator enim fons est omnium immunitatum & iurium, quo & in quem ea fluūt & refluunt, tanquam flumina de mari & in mare: Quo præsente omnia aliorum Magistratuum imperia, potestates, Iurisdictiones fasces submittunt, & tanquam à Sole Luna refugiunt & obscurantur: Quæ latiùs executi sunt alii, & inter eos Io. Bodin. in libb. de Rep. & Henr. Bocer. de Iurisdict. Quæ reverentia atque immunitas etiam cadauerum Principum legitur apud Dion. lib. 56. hist. Tiberio impuni

impunitas data, quod cadaver tetigisset Octaviani, cum id esset prohibitum. Eaque extenditur moribus nostris ad Principissas & novas nuptas, quando in Principis aulam solenniter inducuntur, bey Fürstlicher heimführung der Braut/ malefactores, currui novæ nuptæ inhærentes, nonnunquam delictorum veniam ad intercessionem novæ nuptæ solent obtinere. qua de re vid. Wehner. in verb. Sicher gleid zum rechten. Secundò legati Pop. Rom. quos sagmina tutos præstabant: Legati Græcorum, qui Caducea ferre solebant, teste Martiano in l. 8. §. 1. de divis. rer. & qual. Tribunus item pl. de quo *Plutarch.* in probl. τῇ δὲ τιμῇ ποιοῦσιν αὐτὸν καὶ ἱερὸν καὶ ἅγιον καὶ ἄσυλον. Honore, inquit, tribunum sacrosanctum Romani faciunt & asylon. Nec non Ædiles Sancti, teste Festo, in verbo: Sacrosanctus: & Præcones, die Herold, qui & Caduceatores. Pollux lib. 8. περὶ πρεσβέων: ἄσυλοι δὲ ἦσαν οἱ κήρυκες, καὶ ἐξῆν αὐτοῖς πανταχόσε ἀδεῶς ἰέναι. Asyli erant Caduceatores; & licebat eis tutò quoquo vellent ire. * Sic Papi- 2.
nianus ICtus *Iuris Asylum* dictus est, ut notat Budæ. in π. ad l. nec quicquam est. ff. de off. proc. p. 364. Aliâs in Iure hæc ipsi tribuuntur elogia. Dicitur *Vir prudentissimus* in l. 16. C. de fideic. l. 12. C. de legat. *Vir disertissimus* l. ult. C. de Inst. & subst. *Summi ingenii Vir* l. 14. C. de sentent. & interl. *Homo excelsi ingenii*. §. Sed quia stipulationes. I. de fideic. her. *Consultissimus*. l. 3. C. de acq. & ret. poss. *Papinianus sapientissimus*.

Nov. 108. *Splendidiß imus* §. 6. de concept. ff *Summum ingenium Papiniani* ib. *Papinianus sublimißimus*. §. 1. de Iuris docendi ratione. ante ff. *acutißimus pulcerrimus, maximus, Vir sublimißimus Praetectorius*. §. 4. ibid. *Acutißimi ingenii vir*, & meritò ante alios *excellens Papinianus*. l. 30. C. de fideic. Si in diversitate sententiarum numerus auctorum utrinque æqualis sit, *eius partis praecedat auctoritas, in qua excellentis ingenii Vir Papinianus emineat*. l. 1. C. Th. de resp. prud. &c. Quæ obiter. Personæ insuper Asylæ erant Virgines Vestales. Nam si casu Vestalis occurrisset ei, quem magistratus ad supplicium duceret, periculo eripiebat. Plut. in Numa. *p*. 25. Et si quis ad verberandum duceretur, si ad pedes Flaminis Dialis supplex procubuisset, eo die verberari piaculum erat. Gell. lib. 10. c. 15. Idemque de Sacerdote Iovis idem Plutarch. refert in Problem. quod stare soleat pro foribus templi, & si qui veniant, seque pedibus eius advolvant, immunes fiant: ac si vincti sint, illicò solvatur. Quod privilegium cōsuetudine inductum Cardinales hodiè habere & usurpare Romæ, præter alios testatur Bodin. lib. 1. de Rep. c. 10. Et Cardinalem Raymundum, cùm Vrbem Bremam anno 1503. ingrederetur, aliquot in eam exules, quibus ad intercessionem eius venia præteritorum indulta fuit, secum reduxisse, Chronica Bremensia scribunt. Habentur tamen in archivo literæ (reversales vocant) Kal. Iunii civitati traditæ, quibus

quibus factum huiusmodi civitatis iuribus fraudi esse non debere, cavit Cardinalis, referente Henr. Bruningo Brem. ICto disp. 4. de statut. p. 150. Idque Baldus improbat, & contrariari scribit l. additos. 6 C. de Episc. aud. ubi gravissimè & severissimè sancitur, ne ulli Clericorum vel Monachorum per vim atque usurpationem vindicare ac tenere liceat supplicio addictos, & pro criminum immanitate damnatos. Cuiac. in παρ. C. ibid. Quibus tamen neglectis à Petro Heigio in quæst. par. post. q. 21. nu. 30. id ampliatur, & ad Electores Imperii extenditur, utpote quos Carolus IV. partem sui corporis esse pronunciet in Aur. Bull. tit. 24. in pr. Idque ius liberandi Reos, & restituendi damnatos, passim in Imperio usurpari scribit. * Iuris utriusque interpretes, 3.
inter quos Hostiensis in 6. sanè. de elect. Speculat. de imm. Eccles. Oldrad. cons. 54. n. 5. & addit. Rainal. Cors. lit. C. Ioh. Igneus ad l. 1. n. 5. ff. de SC. Silan. Ægid. Boss. tr. crim. tit. de captur. n. 29. immunitatem asyli personalem tribuunt Sacerdoti deferenti Sacrosanctum Domini Nostri Iesu Christi corpus, ad quod confugiens liberetur carcere, in quem ducebatur, vel fustigationis pæna & morte. Quod recipiendum putat Pet. Greg. Tolos. synt. Iur. Vn. lib. 33. c. 21. n. 15. quandiu habuit locum immunitas in criminibus potissimùm, quæ digna sunt misericordiâ. Si enim (ita is arguit) altaris asylum erat, multò magis & corporis Domini

erit. Sanctificatur enim inde altare,& maius dignius que quod sanctificat, quàm quod sanctum factum est. Sed notabilis est sententia Covarruviæ lib.2.var.res.c.20.n. 6. Ego sanè, inquit, fateor maiorem honorem exhibēdum fore Eucharistiæ, quàm ipsis templis, quibus ob ipsam Eucharistiam plura privilegia conceduntur: attamen cùm immunitas hæc à Canonibus statuta sit,& nullibi Eucharistiæ hoc ius extrà ipsas Ecclesias datum fuisse legamus, dubius sum,an vera sit interpretum frequentissima sententia? Cui etiam adversatur gloss. celebris in c.quæsitum.13.q.2. Addo ego Covarruviæ rationi aliam saniorem: Quia corpus Salvatoris & Mediatoris nostri in sacra cæna percipiendum in confirmationem fidei,non in pompa circumgestandum est. Ideò nec asylum præstare debet homicidis,eius que farinæ hominibus. Cui tamen circumgestationi panis consecrati peculiare festum dedicavit Vrbanus IV. Pontifex Romanus, instinctu Thomæ Aquinatis, paulò ante Imperium Rudolphi Habspurgensis,ut videre est in Chronic. Casp. Peuc.lib.4.p.108.b. Alii hanc idololatriā Pontifices Romanos à Persis & gentilibus mutuatos esse putant,unâ cum aliis quibusdam institutis & ritibus, verbi gratiâ, nominis mutatione,& adoratione. Nam ut Persarum Regibus regiâ suâ egredientibus Ignis perpetuus, quem cęlitus delapsum ferebāt, quasi in pomparum ferculis pręferebatur in foco ingenti,

teste

teste Xenophonte & Ammiano Marcel. lib. 23. Ita & Papæ non dissimili idololatriâ panis Dominicus, longè alium in usum consecratus & destinatus, præportatur. Nimirum eadem fabula agitur, mutatis personis. Quod Persis erat Orimasdah (sic sacrum illum & perpetuum ignem vocabant) hoc Pontificibus est sua Hostia, instrumentum venerationis, & velamentum maiestatis. Et quod Canones de explorationibus per ferventem, sive frigidam aquam, vel igniti ferri contactum censuerunt, eas esse populares inventiones, superstitiosa adinventione confictas, fabricante invidia, id est Diabolo, quas qui sectentur, ii nihil aliud, quam Deum tentare videantur, C.7. Mennam. & c.20. consuluisti. & c. 22. monomachiam. 2. q.5. Idem non immeritò dicere possis non solùm de superstitioso hoc apud Canonistas Sacræ Cœnæ abusu, sed & de illa eius profanatione, quæ stabilitur in c. 23. sæpè d. c. & q. Quando contingit, ut in Monasteriis furta perpetrentur, & qui hæc committant ignorantur: statuitur, ut si ipsi fratres de talibus se expurgare debuerint, Missa ab Abbate celebretur, vel ab aliquo cui ipse Abbas præceperit, præsentibus fratribus, & sic in ultima Missæ celebratione pro expurgatione sua corpus & Sanguinem Domini nostri Iesu Christi percipiant, quatenus ita innocentes se esse ostendant. Sic Papa Gregorius VII. cùm ei controversiæ gravissimæ intercederent cum Imp.

Henrico IV. primùm quidem Sacramentum Corporis Domini in ignem coniecit, ac responsa divina contra ipsum quæsivit, teste Benone Cardinali, qui vitam eius descripsit. Deinde cùm Imp. Romam venisset sui purgandi caussâ, Papa missam celebravit, fractæq; sacræ hostiæ partem unam ipse accepit ac comedit, alteram Imperatori sumendam obtulit, ut nimirum Deo teste ipsius innocentiâ comprobatâ os obstrueretur iis, qui falsa de eo detulissent, ut scribit Lambertus Scafnaburgensis. Cuiusmodi historias complures in medium proferre possem, nisi ob horrendas hasce idololatrias & superstitiones atque incãtationes animus pariter & calamus contremiscerent. Faciliùs admitti potest quod tradit. Iul. Clar. lib. 5. rec. sent. q. 3. eo ipso die reum, qui sumserit Eucharistiam, nõ debere mori. Quod
4. & usus observat. * A singulis personis asylis transeo ad populos. Arimphæi vicini Scythis, haud dissimilis est Hyperboreis gens, sedes illis nemora, alimenta baccæ, capillus iuxta feminis virisque in probro existimatur, ritus clementes. Itaque sacros haberi narrant, inviolatosque esse etiam feris accolarum populis: nec ipsos modò, sed illos etiam, qui ad eos perfugerint. Plin. lib 6. c. 13. Sic & Thyssagetis Lituaniæ finitimis iustissimi mores, alimenta baccæ, maribus nuda capita, nemora pro domibus: cùm sacrosancti habeantur, iustissimum confugientibus suo iure præbent asylum. Bonfin.

ſiu. lib. 1. decad. 1.

CAP. III. DE LOCIS PRIvilegiatis.

SVMMARIA.

1. I. *Refugium ad VRBES.*
2. *DEVS dedit eum in manus eius &c. quid velit?*
3. *Princeps circa præmia & pœnas qualem ſe gerere debeat.*
4. *Vrbes refugii per GERMANIAM.*
5. *Per GALLIAM.*
6. II. *Refugium ad LVCOS, ſive Aſyla Lucorum.*
7. III. *Ad TEMPLA CHRISTIANORVM.*
8. *Punire ſontes, non eſt alienum à Miſericordia DEI.*
9. *Templa Ethnicorum & ſuperſtitio.*
10. I. *Differentia inter Templa Chriſtianorum & paganorum prima.*
11. *Ampliationes Templorum Aſylorum.*
12. *Eorundem reſtrictio.*
13. *Alia differentia Templorum Chriſtianorum.*
14. II. *Differentia Templorum Chriſtianorum & Infidelium.*
15. *Ius Belli quid permittat in Templa.*
16. IV. *Refugium ad ARAS.*
17. *Mos ſupplicum.*
18. *Aræ [illegible].*
19. V. *Refugium ad BAPTISTERIVM.*



1. Equitur tractatus de Locis privilegiatis, sive Refugiis * Notum est ex sacris literis, DEVM, *afflicti*, Vt Plato loquitur, *supplicis custodem eximium*, sex VRBES refugii constituisse, in quas sese reciperet, *qui percusserit hominem, neque tamen ei insidiatus est, sed DEVS illum tradidit in*
2. *manus eius*. Exod. 21. v. 12. * Quæ verba repetit atque explicat c. nec si. 15. q. 1. Qui invitus aliquod fecerit homicidium, extra ministerium est. Siquidem Lex ait de eo: *Quia DEVS dedit eum*

in m

in manus eius. Manus ergò eius, instrumenti modo, divinæ ultioni ministerium præbuerunt. *Levites* igitur minister remissionis est. Percussor autem, qui tamen non ex dispositione, sed præter voluntatem fecerit homicidium, divinæ minister est ultionis. Eorundem verborum pulcerrima quoque explicatio est apud Phil. Iudæū lib. de Profug. mi. p. 635. Quod dicitur de involuntariis homicidis : Non spontè, sed ,, DEVS eum tradidit: valdè benè dictum est. E- ,, xistimat enim voluntaria facinora esse nostri ,, animi; involuntaria verò ad DEVM referenda: ,, non loquor *de peccatis*: sed *de pœnis peccatorum.* ,, Non est enim decorum, ut ipse DEVS puniat, ,, cùm sit primarius legislator optimus, sed per ,, alios animadvertit in homines noxios : non ,, per semetipsum. Convenientius enim est, ut ,, gratias, beneficia, munera, porrigat ipse suapte ,, natura bonus ac munificus, supplicia verò ,, non sine iussu eius, qui regnum sempiternum ,, tenet, per alios tamen exigantur, quos decet ,, tale ministerium. Testis est mihi meditator il- ,, le his verbis: DEVS, qui nutrit me à iuventute ,, mea, angelus ille, qui me liberat è malis omni- ,, bus. Antiquiora bona quibus nutritur, accepta ,, DEO fert: DEI famulo posteriora, quæ ad fu- ,, gam peccati *pertinent.* Hactenus Phil. Iud. Qui & in lib. de Special. LL. *p.* 1075. *Nonnunquam,* ait, *DEVS parvis delictis & sanabilibus utitur ad punienda magna atque insanabilia peccata, non quòd ipsos ministros probet, sed quòd eos putet m-*



strumenta pœnarum idonea:nè quis alioqui totâ vitâ purus & è puris prognatus Parentibus cæde vel iustissimâ suas manus contaminet. Ideò cæde præter animi sententiam pollutis, exilium indicitur, certis quidem locis circumscriptum, non tamē perpetuum &c. Quæ commentatio in pulcerrimum me
3 locum communem deducit politicum, * Quales sese Principes circa pœnas & præmia gerere debeant:quo de Aristot.lib.5. Pol. c.11. ubi hoc Tyranno præceptum dat: τὰς τοιαύτας τιμὰς ἀπονέμειν αὐτὸν. τὰς δὲ κολάσεις δι᾽ ἑτέρων ἀρχόντων & δικαστηρίων. ubi vid. cōm. C. V. Michael. Piccart. Profess. quōdam Acad. Altorfin. Præceptoris mei desideratissimi, & eiusdem Oratio, quæ est de hoc ipso argumento. IX. cuius partem priorem concludit verbis Xenophontis in Hierone. *Vbi pœnarum*, inquit, *aut coërcitionis res est, Princeps aliis deleget, ubi præmiorum aut munerum, ipse provinciam obeat.* Quod monitum primùm natura apibus inculcasse visa est, quæ apum regibus aculeos detraxit, ut innocuos esse Reges debere doceret. Deinde antiquissima, hoc est, Poetica Philosophia, eleganter fabulis involvit. Iovi enim soli manubias albas & innocuas tribuit; rubras & atras, hoc est, noxias, minorum gentium Diis. Vnde Seneca: *Id solum fulmen placabile est, quod mittit Iupiter. At Iovis æmulus & vicarius in terris Rex est.* Coërcitionibus igitur & pœnis ad inferiores magistratus remissis; præmiis, dignitatibus & honoribus distribuendis ipse vacet. Quam rei

geren

gerendæ rationem arcanum Imperii Gallici permagnum dicere nihil veretur multa & eruditæ lectionis Vir Io. Bodinus. * Sic etiam hodiè multas per Germaniam novimus Vrbes, in 4.
quas sese conferunt, qui ob homicidium, vel aliud crimen, solum vertere coguntur. Cuiusmodi Vrbes plerumque in cōfiniis positę sunt: velut in Ducatu Bavariæ Fridberga, frequentata à Civibus Augustanis, de qua Seb. Munst. lib.3.cosm. c.347. Reutlinga in agro Würtenbergico, ut & Eslinga, Civitates, Imperiales, in quarū hac Dux Würtēbergēsis Cortem sive domum quandam habet, qualem Noribergæ novimus den hailsbrunnerhof / Marchionum Onolzbacensium: Argentorati der Bruderhof. Item oppida Roth. & Schvvabach in Marchionatu Onoldino: ubi Rei consequuntur securitatem: Erlangen das Sicher gelaid, und lauffen auch zu Anspach an die Schrannen. Cuius iudicii mentionem facit Seb. Munster. lib.3. Cosm. c. 302. ubi de Halla Suevorum & Herbipoli, locis monomachiæ antiquæ. Sic vicinum Norico oppidum Pierbaum / Illustrium Baronum à VVolfstein, confugis securitatem præstare experientia docet. Brisacum Austriæ oppidum, quod Henricus Imp. Barbarossæ filius, in *pauperum refugium, velut misericordiæ asylum* ædificavit, ut scribit Oth. Frising. lib.7.c. ult. In tabula Geographica aliud quoque Austriæ inferioris reperio oppidum, non procul à Linz situm, nomine Freystatt: itemque aliud

Palatinatûs Superioris, eius nominis: utrum ab asylo A. Q. Banciruptores Francofurtenses conferunt se Saxenhausam. Inde literas emittunt ad creditores, ut velint parte debiti contenti esse & transigere. Item ius eorum hoc est, ut, ubicunque extra locum asyli deprehendantur vel ipsi vel eorum bona, ut capi & incarcerari possint. In carcere autem aluntur pane & aqua, & si non habeant unde vivant, ut mendicare cogatur. Si octo annos exegerint in carcere, ut liberentur omni debito. Con. Rittersh. ad tit j. de action. in fi.
5. * Sic plures civitates Regni Galliæ ex consuetudine idem privilegium habere, ut extra eas nullus possit extrahi: & inter alias civitatem Nivernensem, testis est Nic. Boër, dec. 29. n. 8.
6. * Post Vrbes asylis inserviebant LVCI, quos paganos, & inter hos maiores nostros Germanos, ut scribit Al. ab Al. gen. dier. lib. 4. c. 17. p. 223. constat DIS suis consecrasse, atque vetuisse quicquam inde excindere: de quibus pleni sunt libri poëtarum, & creberrima, eorum mentio in sacris etiam literis: celebrísq; in iure nostro est *lucus Daphnensis & Perseis* lib. 11. C. tit. ult. Sic Romulus asylum constituit inter Capitolium & Palatium in sacro Luco, quod Quercetum dicitur. Vnde Pedianus: *Totus Pop. Rom. à principio tres fuerunt tribus. Tatienses una à Tatio Rege. Rannes altera à Romulo. Luceres tertia à Lucumone, sive à Luco, quem Lucum asylum vocaverat Romulus.* vid. Leand. Albert. in descr. Ital. mi. p. 114. deq; eo V

eo Virgil.lib.8.

Hinc lucum ingentem quem Romulus acer asylum
Rettulit, & gelidâ, monstrat sub rupe Impercal.

Itemque Ovid 3.Fastor.

Romulus ut saxo lucum circundedit alto
Quilibet huc inquit, confuge, tutus eris.

Meminit eiusdem Florus lib. 1. pag. 5. Livius lib.1. Vellei. Pater. lib.1. p.8. & de luco Helernæ idem Ovid. 6. Fast.

Adiacet antiquus Tiberino lucus Helernę,
Pontifices illuc nunc quoque sacra ferunt.
Inde nata est nympha Crané dixêre priores.

Lucum quendam in Parthenio monte Panos delubrum & locum nomine Aulam fuisse memorat Al. ab Al. gen. dier. lib. 4. pag. 212. omnibus animalibus velut asylum, quem Leones & Lupi, dum feras insectantur, adire non audeant, sed protinùs subsistant, & feras relinquant. Sicut in Dianæ Ætoliæ luco in Venetis fabulantur, canes dum feras insequuntur, ubi ad lucum confugerint, ab insectatione quiescere. * Frequentiùs tamen TEMPLORVM veneratio Reos confugas tutabatur. Visum etenim est, ut quibus facilè numen verisimiliter parceret, iisdem ad eum vel eius templa confugiétibus, parcatur ab hominibus, & illi relinquantur DEO puniendi, tanquam de maiori foro facti. Sicuti enim minor Iudex, seu alii subordinatus, non cognoscit de iis quæ sunt Iurisdictio- 7.

nis superioris, aut extra forum, l. fi. de Iur. om Iud. c. & si Clerici. de iudic. c. cum inferior. de maior. & obed. Sic & homo non cognoscit de his, quæ reservata sunt DEI iudicio, quæ ei soli qui & eius debent denominationi c. si omnia 7. 6. q. 1. Petr. Gregor. lib. 13. de Rep. c. 23. §. 4. Deinde miserator & misericors est Dominus. Ergo téplum Domini alienum debet esse à crudelitate & severitate: quia & DEVS in templo sancto habitat. Qui negant misericordiam faciendam fugientibus, ipsum Christum negant, qui est misericordia & veritas. c. omnius 56. 7. q. 1. Supplices fatentur culpã, & venialis est culpa, quam sequitur confessio

8. delictorum. c. serpens 47. de pœni. dist. 1. * Quibus dictis, ut & Christi Matth. c. 11. Venite ad me qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos, usus est d P. Gregor. c. 22. intelligendaque sunt in illis casibus, quos DEVS, & Legislatores sub immunitatibus asylorum contineri voluerunt, ne fenestra promiscuè aperiatur sceleribus, & manus in puniendis delictis ligentur Iudicibus atque Magistratibus. Nam & Paulus Apostolus saluteria animę non abdicit illi, quem ultimo supplicio affici Corinthiis præcepit, propterea quòd uxorem quondam Patris sui duxerat: κέκρικα, inquit, τὸν οὕτω τοῦτο κατεργασάμενον παραδοῦναι τῷ σατανᾷ εἰς ὄλεθρον τῆς σαρκός, ἵνα τὸ πνεῦμα σωθῇ ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ κυρίου ἰησοῦ χριστοῦ, 1. ad Cor. 5. v. 5. Sic & aliâs Canonistæ solēt abuti dicto Ezechielis: Quòd DEVS

DEVS non diligat mortem peccatoris: sed ut convertatur & vivat. Quæ sententia Ezechielis est quidem verissima: sed non inde sequitur, quòd delicta debeant manere impunita. Nam & hoc in divinis scriptum est literis: Magistratum non frustra gestare gladium; sed ad vindictam nocentium. Rom 13. & DEVS præcepit per Moysen, Auferes malum de medio tui. Omnino que confundũt illi mortem ac vitam temporalem cum æternâ, de qua loquitur Propheta, non de morte temporali, ut notat C. Ritters. in diff. utr. Iur. lib. 6. c. 5. in fi. * In eadem veneratione & religione apud Ethnicos 9.
iidem fuerunt Templa. Templum Apollinis Delii fuisse asylum, atque sacra templa à Græcis asyla vocari scribit Livius lib. 5. Et Virgil. lib. 1. Æneid.

Cunctis nam lecti navibus ibant
Orantes veniam, & templum clamore petebant.

μηδ' ἱκέτας ἀδικεῖν, ἱκέται δ' ἱεροί τε καὶ ἁγνοί. Et Parthen. in Erot. c. 9. οὐ γὰρ δή γε θεμιστὸν ἦν ἱκέτην οὖσαν ἐν τῷ ἱερῷ βιάζεσθαι. Polyb. lib. 4. hist. Lacedæmonii templum veluti asylum venerabantur, in quo nocentes omnes etiã capite damnati salvi esse consueverant. Imò eò usque processit Ethnicorum superstitio, ut aves, quæ in templis nidum fecerant, piaculum esset eiicere. Herodotus enim in 1. refert Oraculum: Quod cum Pactyas profugus Cumæ templum supplex ingressus fuisset, & Aristidicus Cumeorum

meorum Nobilis templum circũiens passeres aliásque aviculas, quæ fortè in templo nidulabantur, è nidis exemisset, vox adyto audita tunc ad Aristidicum: *Hominum scelestissime, quænam libido te incessit, ut auderes meos supplices diripere?*
10. * Ceterùm hæc inter Templa Christianorum & paganorum est differentia: Quòd apud Ethnicos privilegium asyli, quo quis extrahi inde non posset, non omnibus templis, sed aliquibus tantùm, consecrationis lege cõcessum fuerit. Quod ex Cornel. Tacito lib. 3. annal. probat P. Greg. Synt. Iur. Vn. lib. 33. c. 21. n. 8. Iure autem Civili per omnia loca Ecclesiæ hoc gaudent privilegio, dummodo Orthodoxæ fidei fuerint. l. 6. præsenti in pr. C. de his qui ad Eccles. l. 13. l. 14. C. de SS. Eccles. Idque ampliatur, ut etiam Ecclesia non consecrata, in qua divina officia celebrantur, gaudeat immunitate. c. Ecclesiæ. ex. de immun. Eccles. Panorm. in c. Ecclesiæ. ex. de imm. 5. magis etiã hoc ampliat, ut Ecclesia nondum consecrata gaudeat privilegio immunitatis, licet divina mysteria ibi nondum fuerint celebrata: Quia sufficiat, locum deputatum esse divinis obsequiis: quod fit, quando Episcopus posuit solenniter primum lapidem, erigendo ibi cruces. Idéque Panorm. ibid. nu. 2. Templum ante Consecrationem, Basilicam, post eam Ecclesiæ
11. nomen assumere notat. * Ampliatur præterea in Ecclesia interdicta. Nam & ipsa gaudet Ecclesiastica immunitate. Honos

nos enim qui Ecclesiis debetur, ob Dei reverentiam præstatur, quæ propter hominum culpam cessare non debet. Iul. Clar. rec. sent §. fi. q. 30. n. 5. Panormit. in c. Ecclesiæ. nu. 8. Ex. de imm. Eccl. Maius est dubium in Ecclesia destructa, an gaudeat Ecclesiastica immunitate. Dic ergo, quòd siquidem Ecclesia sit destructa autoritate superioris, vel subest spes refectionis, utique retinet privilegium immunitatis. Et hæc est communis opinio, ut attestatur Remigius in loco præallegato fol. 92. in 20. ampliatione, quem refert idem Iul. Clar. d. q. 30. n. 6. Sed quid dicendum in Oratoriis privatis? Respondetur, quòd illa non gaudent immunitate Ecclesiæ, etiamsi in eis divina celebrentur officia. Et hæc est communis conclusio, ut attestatur Abbas in c. fi. n. 4. de censib. Remig. in loco præalleg. fol. 26. n. 10. Sunt enim huiusmodi oratoria loco privata, Nam ad voluntatem domini domus hodiè potest esse Oratorium, & cras erit Camera: Meritò non debet Ecclesiarum privilegio gaudere. Idem Iul. Clar. d. loco. n. 7. & Hostiens. de Iur. immun. n. 10. in fin. Panormit. in c. Ecclesiæ. n. 7. ex. de immun. Eccl. addit exceptionem: nisi auctoritate Episcopi Oratorium fuerit extructum. Consuetudinem & hic observandam ait. Quod Iure Nov. omninò necessarium est Nov. ut nullus fabricet oratorii domos præter voluntaté Episcopi. *Quæ tamé differétia & immunitas hodiè propter ingentem numerum Ec- 12.
clesi

clesiarum, & frequentiam deliquentium est à consuetudine valdè restricta. Aliàs enim de facili quilibet malefactor evaderet manus iustitiae (cùm nulla ferè sit via in civitatibus (Pontificiis) in qua non sit una, & quandoque etiam plures Ecclesiae, ita ut priusquam caperetur, facilimè posset in aliquam earum se recipere, maximè nemine persequente. Quod tamen esset contra mentem eorum, qui Ecclesiis immunitatem hanc tribuerunt, non quidem ut essent asyla delinquentium, & speluncae latronum, sed ut praestarent refugium miseris, qui humana fragilitate aut casu in aliquod crimen incurrissent. Iul. Clar. d. q. 30. nu. 1. in fi. Et testatur Didac. Covarruv. multos esse Praelatos, qui in civitatibus suis non tutantur delinquentes hac immunitate adversus iudices seculares, nisi in iis Ecclesiis, in quibus continuè servatur sanctissimum Eucharistiae sacra-
13. mentum. * Quae distinctio Ecclesiarum notanda non in hoc solùm casu, sed & in alienatione rerum Ecclesiasticarum, quae quibusdam casibus, ut ad dissolvendum aes alienum, ad redimendos captivos, ad sepeliendos mortuos, est permissa; omninò verò prohibita quoad monasteria illa, in quibus sacra fit liturgia, sive quando leguntur sacrae literae, & ineffabilis communio, sive sacramentum corporis & sanguinis Domini populo administratur, ut notat Dns Parens Con. Rittersh. ad Nov. 120. ex-
14. posit. part. 1. c. ult. n. 69. * Aliam comparatio-
nem

nem Asyli Iunonis Froiæ (de quo Virgil. 2. Æn.) instituit cum Christianorum templis Augustin. lib. 1. de Civit. Dei. c. 4 *Compara nunc*, inquit, *asylum illud non cuiuslibet Dei gregalis vel de turba plebis, sed Iovis ipsius sororis & coniugis, & Reginæ omnium Deorum cum memoriis nostrorum Apostolorum. Illuc incensis templis & Diis erepta spolia portabantur, non reddenda victis, sed dividenda victoribus: Huc autem & quod alibi ad ea loca compertum est pertinere, cum honore & obsequio religiosissimo reportatũ est. Ibi amissa, hic servata libertas: ibi clausa, hic interdicta captivitas: ibi possidẽdi à dominãtibus hostibus premebãtur, huc liberãdi, à miserantibus hostibus ducebãtur. Postremò illud Iunonis templum sibi elegerat avaritia & superbia levium Græcorum: istas Christi Basilicas misericordia & humilitas etiam immanium barbarorum.* Sic ille. * Non possum verò quin occasione 15.
Templorum paganorum huc referam locum Thucydidis de bello Peleponnes. lib. 4. p. 205. ex quo non solùm discimus, quid Ius belli apud Græcos in Templa permiserit, sed & quatenus licuerit in ea se recipere. Ita ergo ille: Caduceator Bæotorum ubi pervenit Athenas, ex mandato Bæotorum Athenienses accusavit, quod præter fas & æquum instituta Legesque Græcorum solvissent. Id enim ab omnibus hactenus observatum, qui aliorum regionem cum armis ingressi essent, uti templis in eâ temperarent. At ipsos Delium communitum habitare, cunctaque quæ in loco profano solent

lent homines facere, ibi fieri. Aquam, quam sacram religiosè habuerint, nec nisi admanus in sacrificiis abluendas usurpârint, in alios profanos usus converti. Itaque Bæotos tum Dei, tum suâ causâ, obtestantes Apollinem, ceteraque affinia Numina, ipsis denuntiare, ut ablatis sui rebus fano excedant. Secundum hæc verba caduceatoris Athenienses, suo ad Bæotos caduceatore misso, aiunt: Se neq; iam fanum ullâ ratione violasse, nec post hac quidquam in eo peius scientes volentesque facturos. Neque enim initiò idcirco ingressos, sed uti commodiùs inde hostes suos oppugnarent. Hoc autem ius esse omnium Græcorum, ut quicunque regionem aliquam, sive magna illa sive parva sit, armis obtineant, penes eosdem templorum quoque semper ius sit, quæ ipsi colant, pro ut consuetudo exigit, & etiam possint, C.l. cũ loca. ff. de relig. & sumpt. fun. l. 4. ff. de sep. viol. P. Fab. Semest. c. 4. li. 2.) Ipsos Bæotos, & multos præterea, qui aliis vi religione pulsis, ipsi eam teneant, alienis primò fanis manus admoventes, ea iam propria sibi vindicare. Se quoque si plus de ipsorum regione occupare possint, id sanè facturos: nunc autem in quâ parte sint, se haud invitos esse, & tanquam de suo nentiquam cessuros. Quod ad aquam illam, eâ se, necessitate compulsos uti: quam non ipsi suâ temeritate culpâve contraxerint, sed dum illos, qui priores, agros suos invaserint, ulcisci cupiant, ad utendum illa se per vim

vim cogi. Omninò autem credibile esse, quid- ,,
quid aliquis, bello aliàve necessitate aut ini- ,,
quitate coactus faciat, id veniam etiam apud ,,
DEOS mereri. Etenim invitis delictis ad aras perfugium esse, & sceleris nomen iis imponi, qui nulla necessitate flagitiosi sint, non qui adversis casibus ad audendum aliquid compellantur. Multo verò minùs piè ipsos facere, qui cæsorum corpora pro templis reddere velint, quàm qui nolint templorum permutatione res suas recuperare &c. Ex quo loco aliquot consectaria notatu dignissima deducere & fusiùs illustrare possem, nisi in orbitam redeundum esset. * Quartò *Aræ* Supplices immunes 16.
præstabant. Sacrosanctorum altarium aliquoties meminerunt Imperatores in d. l. 3. nec non *aræ salutis*, βωμȣ̃ σωτηρίας. Quemadmodum apud Athenienses βωμὸς ἐλέȣ, *ara misericordiæ*, magno in honore fuit, qui & tam officiosè eos, qui ad se venerunt, exceperunt, ut præ ingenti humanitate pro his sæpè bella gerere non sint veriti, ut notat Theophil. in paraph. Inst. §. 1. de Iur. na. gent. & civ. Et habet Pausan. in Attic. nec non Plutarch. in Pelopid. ubi Atheniensibus eam immunitatem innatam, ac à maioribus propagatam scribit, agens de Exulibus Thebanis, quos Lacedæmonii per literas invisos reddere nitebantur. Euripid. in Andromach.

ἔχει γὰρ καταφυγὴν θὴρ μὲν πέτραν,
δȣ̃λοι δὲ βωμοὺς θεῶν: id est

C

Habent confugium feræ quidem ad petram: Servi autem aras deorum. Pausanias iterum lib. 7. in Achaic. *Ara tibi Eumenidum fumans & Curia Martis,*

Sint cordi: huc bello domiti nam fortè Lacones
Suppliciter tristes venient. Tu projice tela,
Suppliciter parcens, divûm quos cura tuetur.

Ara Minervæ apud Thucyd. in 1. & Plut. in Solo. Virgil. lib. 6. Æn. *Talibus orabat dictis, arasq; tenebat.*

17. *Vbi nota morem supplicum tangendi sive tenendi aras in iuramentis & supplicationibus: cuius frequens apud bonos auctores est mentio. Cic. pro Flacco. *Is si aram tenens iuraret, crederet nemo.* Iuven. sat. 14.

Falsus erit testis: vendet periuria summâ
Exiguâ, Cereris tangens aramq; pedemq;

Plaut. Mostell. act. 5. sc. 1. *Ego interim hanc aram occupabo.* Et Rudent. act. 5. sc. 3. *Tange aram*, ubi Taub. in not. p. 572. & p. 1045. ed. prior. Vel tangebant Cornua altaris, ut Adonias, quod timens Salomonem surrexit & abiit in tabernaculum, tenuitque cornu altaris. 3. Reg. 1. v. 50. 1. par. 57. Idemque fecit Ioab. 2. Reg. 2. 28. Terent. *Nec tu aram tibi nec precatorem pararis.* Precatores etiam deprecatores: de quib⁹ Plut.

18. in Themist. & Thucyd. * Apud Romanos ad *Comœdiæ aram* si quis confugisset, tanquam à Cæsaris statuâ revelli eum inde nefas habebatur. Scribit Pollux, in scena aram fuisse, quæ Halieus diceretur, ante fores: & mensam item, quæ bellaria, aut res aromaticas haberet, ac The-

Theoris diceretur. Nostri produnt, in Apolli-
nis honorem aram constitui solitam ab iis, qui
Comœdiam celebraret. Eum verò Apollinem
à Menandro Cassium dici. Sunt qui scribant in
scenâ duas poni solitas aras; dexteram quidem
Liberi: sinistram eius Dei honori, cuius ludi
celebraretur. Cæl. lib. 6. c. 17. Anti. Lect. Plaut.
Most. act. 5. sc. 1. ubi Taubm. p. 572. * Post Aras 19
constituo Baptisterii locum, Evagrii monitu,
qui lib. 2. c. 8. De Proterio Alexandrinorum E-
piscopo scribit: *Ipsum quò necem effugeret ad sa-
crosanctissimum Baptisterium se recepisse. Quo in
loco & barbaris & cunctis ferocibus hominibus re-
verentia quædam incutitur.* * Notatu autē fortè 20
indignum non erit Baptisteria apud Pontifi-
cios quandoque ab Ecclesia separata esse vide-
re id est Romæ prope templum S. Ioannis in
Laterano, ubi Baptisterium Constantini Im-
per. quo sacro lavamine ablutus fuit; unde si-
militer alii ad fidem Christianam conversi ini-
bi baptizantur. Senis itidem Baptisterium est
ad radices templi Cathedralis D. Virgini sacri.
Florentiæ è regione templi Cathedralis S.
Mariæ Floridæ sacellum S. Ioannis Baptistæ,
Opus urbis antiquissimum: olim Marti dica-
tum, non omninò rotundum, sed potius sexan-
gulare, ex nigro, albo, viridiq; marmore. Pilas
habet sex, quibus singulis binæ columnæ in-
terpositæ viridis marmoris: ubi altare sum̄mũ
est, aliud eminet veluti sacellum quatuor late-
rum. Portæ tres æneæ deauratæ præclari operis

operis cum sacris historiis & imaginibus sanctorum. Limina item ænea, tectum marmoreum, intus in orbem positæ columnæ XVI. totidemque pilæ. Fenestræ XX. Septa Chori ex nigro alboque marmore tessellata. Apud portam, quæ est è regione maioris Ecclesiæ sunt binæ columnæ Porphyreticæ, quas Pisani partâ de Saracenis victoriâ, honoris caussâ miserunt Florentinis. De quo Baptisterio Florentino Angel. Polit. Ep. 2. & Lea. Albert. descript. Ital. p. 44. & 45. cuius descriptionem & commendationem Lectori propter idiomatis varietatem hîc propono. E poi poco, inquit Leander, si dimostra l'antichissimo Tempio di Marte, ove è il soperbo vaso di pretiose pietre si marmo, nel quale si batteggiano i fanciulli. Le cui porte sono di metallo con tanto artificio condotte, e massimamente quella che è dirincontro à la chiesa di San. Maria del Fiore, che giudica ciascun di qualche ingegno, che non si possono ritrovare in tutta Europa le simili. Cosi dice di questo Battisterio Faccio nel 7. Canto del 3. lib. Io vidi molti luoghi ricchi è cari: Ma sopra tutti mi piacque il Battisterio, che d'intaglio di marmo non so il pari. Pisis quoque pulcerrimum est sacellum iuxta tēplū Cathedrale, in quo præter suggestum ex alabastro & marmore artificiosissimè elaboratum, eiusdem splendoris est Baptisterium, opus Baldorum. Concludo hoc corollarium cap. 1. ex de nou. op. nunciat. ubi Baptismalis Ecclesi[ae]

de

mentio fit. *Sextò suprà notavi asyla esse *cadavera Principum*. Addo iam Thesei sepulcrum Athenis, quo de Plutar. in vit. Thes. Lepidus & M. Antonius Triumviri, cùm plus satis in eos, qui Iulii mortis conscii fuerant, sæviissent, & totã ferè urbem interfectorum sanguine maculâssent; Iulio demum Cæsari sepulcrum construxerunt in foro, ubi eius cadaver combustum fuerat, eosque qui ad ipsum confugerent, tutos & inviolatos esse voluerunt. Xiphilin. in Augu. & Dio. li. 47. Theophilus Imp. tantum Mariæ filiæ defunctæ, uxori Cæsaris Alexii, honoris detulit, ut Cadaver in arcâ argento obductâ reposuerit, & cuiuscunque flagitii Reis sepulcrum eius asylum constituerit. Cedrenus auctor. Neque tantùm sepulcra, sed etiam κοιμητήρια i. e. dormitoria, inviolabilia sunt, ut exprimitur in Rubr. t. t. 49. lib. 3. decret. de Immunitate Ecclesiarum; cæmeterii, &c. & c. fi. in nigro. c. decret. domum. eod. in 6. Panorm. ad c. cum Ecclesia. num. 2. ex. de imm. Eccles. * Septimò Ius asylorum habuerunt *CVRIAE*. Adduxi suprà locum Appian. Alex. lib. 2. de bell. civ. p. 548. Vnde & Matthias Imp. inclytæ recordationis, Statibus Bohemiæ deiectionem Vicarii & Secretarii sui de fenestrâ Cancellariæ, in litteris datis Viennæ 18. Iunii Anno. 1618. graviter his verbis exprobrat: Wir können das jenige so also wieder unser Statthalter und Secretarium, unser liebe getrewe / in unserm Prager Schloß und Königlicher

21.

22.

Residentz in der Böhmischen Cantzeley/wo die gröste sicherheit vnd respect seyn soll/furgenommen worden/ keines wegs gut heissen. vid. Act. Bohem, part. 1. Lit. K. Similiter in literis ad Electores & Principes Imperii: Es ist nunmehr wolbewust/ was massen etliche auß vnsern Vnterthanen deß Königreichs Böheimb sich so weit vermessen/ daß sie in vnser Prager Schloß vnnd Königliche Residentz/ in der Böhmischen Cantzeley/ vnnd zwar in die Rathstuben/ als an ein Vornembstes Ort/ dahin alle recurs so wol in justitien / als deß gantzen Landes Angelegenen höchsten sachen ist/auch billich daselbsten der gröste respect gehalten werden/ vnnd jederman vor Gewalt gesichert seyn soll/ mit Gewapneter hand kommen / allda zwen auß vnsern Statthaltern vnd ein Secretarium, vnsere liebe vnd getrewe/ ohn alle vorhergehende Anklag vnnd verhör, Gewalthätig. rweiß Angefallen/ auch zum Fenster in die Tieffe deß Schloßgrabens gestürtzt. &c. *De Curiâ Romanâ* Nic. Boer. dec. 29. n. 7. ex Oldrad. consl. 124. ex Io. Fabr. in §. est & inter l. de publ. Iud. refert, de consuetudine Curiæ Romanæ nunquam remissionem fieri per officiarios ad locum delicti: atque sic de facto fuisse Regi Angliæ petenti remissionem fieri denegatam. In statutis Lucens. lib. 1. c. 217. cavetur: Che nessuna persona possi essere presa ò personalmente ritenuta per alcun debito discendente per causa civile nel palazzo del Signore Podestà di Lucca, overamente in alcuna corte, dove

ragio

ragione si renda nella città di Lucca, overamente nel suo distretto, anchora che allhora, in tempo della fatta cattura il Giudice non sedesse attualmente à tribunale: Perche vogliamo, inquit Statutum, che il luogo della corte sia a ciascuno securissimo rifugio. Additur tamen limitatio: Possi non dimeno il Giudice per le cause solamente della ragione, overamente statuto permisse, qualunche persona, ancora che avanti di lui à Corte fusse comparsa, farla ritenere, e comandargli, che non si parti; perche il luogo della corte vagliamo, che sia libero rispetto alla cattura, che dovesse farsi per gli messi, e non rispetto alla ditentione da farsi per il Giudice, se giustamente sia fatta tale ditentione. * Octavò Ius Asylorum usurpant 23.
Monasteria, utrum auctoritate privilegiorum omnibus Ecclesiis concessorum, an ex speciali quandoque gratiâ, A. Q. Non nescio quidem Monasteria cum aliis Ecclesiis & locis piis pari iure censeri, ut patet ex Nov. 120. Imò expressè Monasteria nominātur in Iure pariter Canonico & Saxonico. Scrupulum tamen mihi movent Abbatia S. Vlrici Augustæ Vindelicorum: Abbatia S. Emmerani Augustæ Tiberii: quæ multis privilegiis dotata està Carolo M. teste Seb. Munst. lib. 3. cosm. c. 367. Similiter de Nobilis apud Dominicanos Senis Etruriæ asyli (quo ex popularibus etiam nostris haud pauci, qui ibi vixerunt, usi sunt) cōditione ex imperitis Monachis, quibus hæc

parum curæ sunt, nihil cognoscere potui. Sebast. Munster. cosmog. lib. 3. c. 246. Lindavii ad lacum Podamicum esse scribit cænobium D. Virginis (quod occasionem Vrbi præbuit) Romanorum Imperatorum gratiâ asylum, ac sontium inviolabile confugium. Et c. 79. eiusd. lib. intra circum monasterii S. Galli patere omnibus locum immunitatis, qui non capitaliter prævaricantur: maleficium verò seu crimen capitale per Civitatis iudicem puniri, si
24. sit notorium.* Hoc tamẽ expertus sum, res venum exponi prohibitas, in Monasteriis detineri, & si emptor reperiatur, inde peti solere. Quod quid aliud est, quàm immunitatibus atque privilegiis suis ad malitiam abuti? sub pietatis velo auctoritatem Magistratus politici eludere: & subditos ad inobedientiam atque rebellionem animare? Meminerint tales dicti Græci, ἀμφότεροι κλῶπες, καὶ ὁ δεξάμενος, καὶ ὁ κλέψας. Et illius Quintiliani: *dum proximos existimat transfugis, à quibus transfugæ recipiuntur:* hoc naturâ simile esse ait, facere scelus & probare. Audiant Marcianum ICtum in l. 1. ff. de receptat. *Pessimum genus est receptatorum, sine quibus nemo latere diu potest.* Et præcipitur, *ut perinde puniantur, atque latrones.* In pari causa habendi sunt: quia cùm apprehendere latrones possent, pecuniâ acceptâ, vel subreptorum parte dimiserunt. Sed hoc seculum est. Quadrat huc distichon nescio cuius Poëtæ. *Quot monachorum ædes olim, tot asyla fuerunt. Ipsi*
nunc

nunc συλῶν incipiunt monachi. * Nono loco hinc. 29.
Statuæ Principum: Quod mirum non est, cùm ex Plinii cap. 97. lib. 10. constet, adorationis etiam cultum statuis & imaginibus Principum fuisse exhibitum. * Ceterùm servorum ferè tantùm refugia ad statuas fuisse, inde colligo, quòd Leges Iuris nostri plerunque de servis loquantur: ut l. 1. §. 1. & §. 8. ff. de off. Præf. Vrb. l. 17. §. 12. ff. de ædil. ed. ubi ICtus eum, *qui ad statuam Cæsaris confugit, fugitivum non esse arbitratur: quia non fugiendi animo hoc facit.* Quemadmodum fugitivus non est, qui in asylum confugerit, aut eò se conferat, quò solent venire, qui se venales postulant. Si tamen antè fugit, & postea se contulit; non ideò magis fugitivus esse desinit. In meâ me sententia confirmat Io. Bodin. li. 1. de rep c. 5. ubi: *Nec statuæ Cæsaris,* inquit, *nec Dianæ Templum quod Rex Servius Romæ servis asylum proposuerat, nec Romuli statua, quam olim Senatus ad id quoque decreverat, nec Thesei sepulcrum Athenis: nec apud Cyreneos statua Ptolemæi, nec Dianæ templum apud Ephesios, ab ira dominorum servos tueri poterant. Lege quidem Ephesiorum servus, qui ad Dianæ fanum sine caußa confugisset, domino restituebatur, accepto priùs iureiurando, nè fuga servo fraudi esset: sin iustam perfugii causam haberet, domino ereptus Dianæ serviebat, præter feminas, quæ illius templi aditu arcebantur.* Et Tiberius tyrannus suam statuam pro asylo proposuit, capitali pænâ propositâ iis, qui servum à statua detraxissent. Adduco etiam locum Se-

lent homines facere, ibi fieri. Aquam, quam sacram religiosè habuerint, nec nisi ad manus in sacrificiis abluendas usurpârint, in alios profanos usus converti. Itaque Bæotos tum DEI, tum suâ causâ, obtestantes Apollinem, ceteraque affinia Numina, ipsis denuntiare, ut ablatis sui rebus fano excedant. Secundum hæc verba caduceatoris Athenienses, suo ad Bæotos caduceatore misso, aiunt: Se neq; iam fanum ullà ratione violasse, nec post hac quidquam in eo peius scientes volentesque facturos. Neque enim initiò idcirco ingressos, sed uti commodiùs inde hostes suos oppugnarent. Hoc autem ius esse omnium Græcorum, ut quicunque regionem aliquam, sive magna illà sive parva sit, armis obtineant, penes eosdem templorum quoque semper ius sit, quæ ipsi colant, pro ut consuetudo exigit, & etiam possint, C.l. cũ loca. ff. de relig. & sumpt. fun. l. 4. ff. de sep. viol. P. Fab. Semest. c. 4. li. 2.) Ipsos Bæotos, & multos præterea, qui aliis vi religione pulsis, ipsi eam teneant, alienis primò fanis manus admoventes, ea iam propria sibi vindicare. Se quoque si plus de ipsorum regione occupare possint, id sanè facturos: nunc autem in quâ parte sint, se haud invitos esse, & tanquam de suo neutiquam cessuros. Quod ad aquam illam, eâ se, necessitate compulsos uti: quam non ipsi suâ temeritate culpâve contraxerint, sed dum illos, qui priores, agros suos invaserint, ulcisci cupiant, ad utendum illa se per

vim

vim cogi. Omninò autem credibile esse, quidquid aliquis, bello aliàve necessitate aut iniquitate coactus faciat, id veniam etiam apud DEOS mereri. Etenim invitis delictis ad aras perfugium esse, & sceleris nomen iis imponi, qui nullâ necessitate flagitiosi sint, non qui adversis casibus ad audendum aliquid compellantur. Multo verò minùs piè ipsos facere, qui cæsorum corpora pro templis reddere velint, quàm qui nolint templorum permutatione res suas recuperare &c. Ex quo loco aliquot consectaria notatu dignissima deducere & fusiùs illustrare possem, nisi in orbitam redeundum esset. * Quartò *Ara* Supplices immunes 16.
præstabant. Sacrosanctorum altarium aliquoties meminerunt Imperatores in d. l. 3. nec non *ara salutis*, βωμȣ̃ σωτηρείας. Quemadmodum apud Athenienses βωμὸς ἐλέȣ, *ara misericordiæ*, magno in honore fuit, qui & tam officiosè eos, qui ad se venerunt, exceperunt, ut præ ingenti humanitate pro his sæpè bella gerere non sint veriti, ut notat Theophil. in paraph. Inst. §. 1. de Iur. na. gent. & civ. Et habet Pausan. in Attic. nec non Plutarch. in Pelopid. ubi Atheniensibus eam immunitatem innatam, ac à maioribus propagatam scribit, agens de Exulibus Thebanis, quos Lacedæmonii per literas invisos reddere nitebantur. Euripid. in Andromach.

ἔχει γὰρ καταφυγὴν θὴρ μὲν πέτραν,
δοῦλοι δὲ βωμοὺς θεῶν: id est

Habent confugium feræ quidem ad petram : Servi autem aras deorum. Pausanias iterum lib. 7. in Achaic. *Ara tibi Eumenidum fumans & Curia Martis,*

Sint cordi: huc bello domiti nam fortè Lacones
Suppliciter tristes venient. Tu projice tela,
Suppliciter parcens, divûm quos cura tuetur.

Ara Minervæ apud Thucyd. in 1. & Plut. in Solo. Virgil. lib. 6. Æn. *Talibus orabat dictis, arasq; tenebat.*
17. * Vbi nota morem supplicum tangendi, sive tenendi aras in iuramentis & supplicationibus: cuius frequens apud bonos auctores est mentio. Cic. pro Flacco: *Is si aram tenens iuraret, crederet nemo.* Iuven. sat. 14.

Falsus erit testis: vendet periuria summâ
Exiguâ, Cereris tangens aramq; pedemq;

Plaut. Mostell. act. 5. sc. 1. *Ego interim hanc aram occupabo.* Et Rudent. act. 5. sc. 3. *Tange aram,* ubi Taub. in not. p. 572. & p. 1045. ed. prior. Vel tangebant Cornua altaris, ut Adonias, quod timens Salomonem surrexit & abiit in tabernaculum, tenuitque cornu altaris. 3. Reg. 1. v. 50. 1. par. 57. Idemque fecit Ioab. 2. Reg. 2. 28. Terent. *Nec tu aram tibi nec precatorem pararis.* Precatores etiam deprecatores: de quib⁹ Plut.
18. in Themist. & Thucyd. * Apud Romanos ad *Comœdiæ aram* si quis confugisset, tanquam à Cæsaris statuâ revelli eum inde nefas habebatur. Scribit Pollux, in scena aram fuisse, quæ Halieus diceretur, ante fores: & mensam item, quæ bellaria, aut res aromaticas haberet, ac The-

Theoris diceretur. Nostri produnt, in Apolli-
nis honorem aram constitui solitam ab iis, qui
Comœdiam celebraret. Eum verò Apollinem
à Menandro Cassium dici. Sunt qui scribant in
scenâ duas poni solitas aras; dexteram quidem
Liberi; sinistram eius Dei honori, cuius ludi
celebrarentur. Cæl. lib. 6. c. 17. Anti. Lect. Plaut.
Most. act. 5. sc. 1. ubi Taubm. p. 572.* Post Aras 19
constituo Baptisterii locum, Evagrii monitu,
qui lib 2. c. 8. De Proterio Alexandrinorum E-
piscopo scribit: *Ipsum quò necem effugeret ad sa-
crosanctissimum Baptisterium se recepisse. Quo in
loco & barbaris & cunctis ferocibus hominibus re-
verentia quædam incutitur.** Notatu autē fortè 20
indignum non erit Baptisteria apud Pontifi-
cios quandoque ab Ecclesia separata esse vide-
re id est Romæ prope templum S. Ioannis in
Laterano, ubi Baptisterium Constantini Im-
per. quo sacro lavamine ablutus fuit; unde si-
militer alii ad fidem Christianam conversi ini-
bi baptizantur. Senis itidem Baptisterium est
ad radices templi Cathedralis D. Virgini sacri.
Florentiæ è regione templi Cathedralis S.
Mariæ Floridæ sacellum S. Ioannis Baptistæ,
Opus urbis antiquissimum: olim Marti dica-
tum, non omninò rotandum, sed potius sexan-
gulare, ex nigro, albo, viridiq; marmore. Pilas
habet sex, quibus singulis binæ columnæ in-
terpositæ viridis marmoris: ubi altare sum mū
est, aliud eminet veluti sacellum quatuor late-
rum. Portæ tres æneæ deauratæ præclari operis

operis cum sacris historiis & imaginibus sanctorum. Limina item ænea, tectum marmoreum, intus in orbem positæ columnæ XVI. totidemque pilæ. Fenestræ XX. Septa Chori ex nigro alboque marmore tessellata. Apud portam, quæ est è regione maioris Ecclesiæ sunt binæ columnæ Porphyreticæ, quas Pisani partâ de Saracenis victoriâ, honoris caussâ miserunt Florentinis. De quo Baptisterio Florentino Angel. Polit. Ep. 2. & Lea. Albert. descript. Ital. p. 44. & 45. cuius descriptionem & commendationem Lectori propter idiomatis varietatem hîc propono. E poi poco, inquit Leander, si dimostra l'antichissimo Tempio di Marte, ove è il soperbo vaso di pretiose pietre si marmo, nel quale si batteggiano i fanciulli. Le cui porte sono di metallo con tanto artificio condotte, e massimamente quella che è dirincontro à la chiesa di San. Maria del Fiore, che giudica ciascun di qualche ingegno, che non si possono ritrovare in tutta Europa le simili. Cosi dice di questo Battisterio Faccio nel 7. Canto del 3. lib. Io vidi molti luoghi ricchi è cari: Ma sopra tutti mi piacque il Battisterio, che d'intagliodi marmo non so il pari. Pisis quoque pulcerrimum est sacellum iuxta templi Cathedrale, in quo præter suggestum ex alabastro & marmore artificiosissimè elaboratum eiusdem splendoris est Baptisterium, opus Baldorum. Concludo hoc corollarium cap. 1. ex de nou. op. nunciat. ubi Baptismalis Ecclesi

menti

mentio fit. *Sextò suprà notavi asyla esse *cadavera Principum*. Addo iam Thesei sepulcrum 21.
Athenis, quo de Plutar. in vit. Thes. Lepidus & M. Antonius Triumviri, cùm plus satis in eos, qui Iulii mortis conscii fuerant, sæviissent, & totâ ferè urbem interfectorum sanguine maculâssent; Iulio demum Cæsari sepulcrum construxerunt in foro, ubi eius cadaver combustum fuerat, eosque qui ad ipsum confugerent, tutos & inviolatos esse voluerunt. Xiphilin. in Augu. & Dio. li. 47. Theophilus Imp. tantum Mariæ filiæ defunctæ, uxori Cæsaris Alexii, honoris detulit, ut Cadaver in arcâ argento obductâ reposuerit, & cuiuscunque flagitii Reis sepulcrum eius asylum constituerit. Cedrenus auctor. Neque tantùm sepulcra, sed etiam κοιμητήρια i. e. dormitoria, inviolabilia sunt, ut exprimitur in Rubr. t. t. 49. lib. 3. decret. de Immunitate Ecclesiarum: cæmeterii, &c. & c. fi. in nigro. c. decret. domum. eod. in 6. Panorm. ad c. cum Ecclesia. num. 2. ex. de imm. Eccles. *Septimò Ius asylorum habuerunt *CVRIAE*. Adduxi suprà locum Appian. 22.
Alex. lib. 2. de bell. civ. p. 548. Vnde & Matthias Imp. inclytæ recordationis, Statibus Bohemiæ deiectionem Vicarii & Secretarii sui de fenestrâ Cancellariæ, in litteris datis Viennæ 18. Iunii Anno. 1618. graviter his verbis exprobrat: Wir können das jenige so also wieder unser Statthalter und Secretarium, unser liebe getrewe / in unserm Prager Schloß und Königlicher

Residentz in der Böhmischen Canzeley/ wo die gröste sicherheit vnd respect seyn soll/ fürgenommen worden/ keines wegs gut heissen. vid. Act. Bohem. part. 1. Lit. K. Similiter in literis ad Electores & Principes Imperii: Es ist nunmehr wolbewust/ was massen etliche auß vnsern Vnterthanen deß Königreichs Böheimb sich so weit vermessen/ daß sie in vnser Prager Schloß vnnd Königliche Residentz/ in der Böhmischen Canzeley/ vnnd zwar in die Rathstuben/ als an ein Vornembstes Ort/ dahin alle recurs so wol in justitien / als deß gantzen Landes Angelegenen höchsten sachen ist/ auch billich daselbsten der gröste respect gehalten werden/ vnnd jederman vor Gewalt gesichert seyn soll/ mit Gewapneter hand kommen / allda zwen auß vnsern Statthaltern vnd ein Secretarium, vnsere liebe vnd getrewe/ ohn alle vorhergehende Anklag vnnd verhör, Gewalthätig.r weiß Angefallen / auch zum Fenster in die Tieffe deß Schloßgrabens gestürtzt. &c. *De Curiâ Romanâ* Nic. Boer. dec. 29. n. 7. ex Oldrad. cons. 124. ex Io. Fabr. in §. est & inter l. de publ. Iud. refert, de consuetudine Curiæ Romanæ nunquam remissionem fieri per officiarios ad locum delicti: atque sic de facto fuisse Regi Angliæ petenti remissionem fieri denegatam. In statutis Lucens. lib. 1. c. 217. cavetur: Che nessuna persona possi essere presa ò personalmente ritenuta per alcun debito discendente per causa civile nel palazzo del Signore Podestà di Lucca, overamente in alcuna corte, dove

ragio

ragione si renda nella città di Lucca, overamente nel suo distretto, anchora che allhora, in tempo della fatta cattura il Giudice non sedesse attualmente à tribunale: Perche vogliamo, inquit Statutum, che il luogo della corte sia a ciascuno securissimo rifugio. Additur tamen limitatio: Possi non dimeno il Giudice per le cause solamente della ragione, overamente statuto permisse, qualunche persona, ancora che avanti di lui à Corte fusse comparsa, farla ritenere, e comandargli, che non si parti; perche il luogo della corte vagliamo, che sia libero rispetto alla cattura, che dovesse farsi per gli messi, e non rispetto alla ditentione da farsi per il Giudice, se giustamente sia fatta tale ditentione. * Octavò Ius Asylorum usurpant 23.
Monasteria, utrum auctoritate privilegiorum omnibus Ecclesiis concessorum, an ex speciali quandoque gratiâ, A. Q. Non nescio quidem Monasteria cum aliis Ecclesiis & locis piis pari iure censeri, ut patet ex Nov. 120. Imò expresse Monasteria nominatur in Iure pariter Canonico & Saxonico. Scrupulum tamen mihi movent Abbatia S. Vlrici Augustæ Vindelicorum: Abbatia S. Emmerani Augustæ Tiberii: quæ multis privilegiis dotata est à Carolo M. teste Seb. Munst. lib. 3. cosm. c. 367. Similiter de Nobilis apud Dominicanos Senis Etruriæ asyli (quo ex popularibus etiam nostris haud pauci, qui ibi vixerunt, usi sunt) cõditione ex imperitis Monachis, quibus hæc

parum curæ sunt, nihil cognoscere potui. Sebast. Munster. cosmog. lib. 3. c. 246. Lindavii ad lacum Podamicum esse scribit cænobium D. Virginis (quod occasionem Vrbi præbuit) Romanorum Imperatorum gratiâ asylum, ac sontium inviolabile confugium. Et c. 79. eiusd. lib. intra circum monasterii S. Galli patére omnibus locum immunitatis, qui non capitaliter prævaricantur: maleficium verò seu crimen capitale per Civitatis iudicem puniri, si sit notorium.
14. * Hoc tamē expertus sum, res venum exponi prohibitas, in Monalteriis detineri, & si emptor reperiatur, inde peti solere. Quod quid aliud est, quàm immunitatibus atque privilegiis suis ad malitiam abuti? sub pietatis velo auctoritatem Magistratus politici eludere: & subditos ad inobedientiam atque rebellionem animare? Meminerint tales dicti Græci, ἀμφότεροι κλῶπες, καὶ ὁ δεξάμενος, καὶ ὁ κλέψας. Et illius Quintiliani: *dum proximos existimat transfugis, à quibus transfugæ recipiuntur:* hoc naturâ simile esse ait, facere scelus & probare. Audiant Marcianum ICtum in l. 1. ff. de receptat. *Pessimum genus est receptatorum, sine quibus nemo latere diu potest.* Et præcipitur, *ut perinde puniantur, atque latrones.* In pari causa habendi sunt: quia cùm apprehendere latrones possent, pecuniâ acceptâ, vel subreptorum parte dimiserunt. Sed hoc seculum est. Quadrat huc distichon nescio cuius Poëtæ. *Quot monachorum ædes olim, tot asyla fuerunt. Ipsi nunc*

nunc συλᾶν incipiunt monachi. * Nono loco sunt 25.
Statuæ Principum: Quod mirum non est, cùm ex Plinii cap. 97. lib. 10. constet, adorationis etiam cultum statuis & imaginibus Principum fuisse exhibitum. * Ceterùm servorum ferè tantùm refugia ad statuas fuisse, inde colligo, quòd 26.
Leges Iuris nostri plerunque de servis loquantur: ut l. 1. §. 1. & §. 8. ff. de off. Præf. Vrb. l. 17. §. 12. ff. de ædil. ed. ubi ICtus eum, *qui ad statuam Cæsaris confugit, fugitivum non esse arbitratur: quia non fugiendi animo hoc facit.* Quemadmodum fugitivus non est, qui in asylum confugerit, aut eò se conferat, quò solent venire, qui se venales postulant. Si tamen antè fugit, & postea se contulit; non ideò magis fugitivus esse desinit. In meâ me sententia, confirmat Io. Bodin. li. 1. de rep c. 5. ubi: *Nec statuæ Cæsaris*, inquit, *nec Dianæ Templum quod Rex Servius Romæ servis asylum proposuerat, nec Romuli statua, quam olim Senatus ad id quoque decreverat, nec Thesei sepulcrum Athenis: nec apud Cyreneos statua Ptolemæi, nec Dianæ templum apud Ephesios, ab ira dominorum servos tueri poterant. Lege quidem Ephesiorum servus, qui ad Dianæ fanum sine caussa confugisset, domino restituebatur, accepto priùs iureiurando, nè fuga servo fraudi esset: sin iustam perfugii causam haberet, domino ereptus Dianæ serviebat, præter feminas, quæ illius templi aditu arcebantur.* Et Tiberius tyrannus suam statuam pro asylo proposuit, capitali pœnâ propositâ iis, qui servum à statua detraxissent. Adduco etiam locum Se-

necæ lib.1. de Clem.c. 18. *Servis ad statuam licet confugere, cùm in servum omnia liceant.* Quantum verò pretium servi imminutum fuerit, si semel ad statuam confugisset, indicat ICtus in l.19.§.1.ff. de æd. *Si venditor dixerit, servum aleatorem non esse, ad statuam nunquam confugisse, oportet eum id præstare.* Sed de his qui ad statuas
27. confugiūt, plura infrà.* Decimò speciem refugii ex autoritate Concilii Aurelianensis habere dicuntur *Domus Episcopi:* c. 36. id constituimus, 17. q. 4. Quod Oldrad. cons. 55. ita limitat, si sint infra passus 30. vel 40. quæ meliùs intelligentur ex iis, quæ infrà dicam. vid. Io. Fabr. in Brevi. Cod. de his qui ad Eccl. n. 4. Panorm. in c. Ecclesiæ. ex. de imm. Eccl. n. 9. Sic neque à domibus Cardinalium Romanæ Hierarchiæ extrahi delinquentes possunt: Quod communiter hodiè observari testatur Mãfredus in tr. de Cardinal. c. 8. priv. 14. apud Iul. Clar. lib. 5. rec. sent. §. fi. q. 30. n. 26. Guid. Pap. Quæ. 121. n. ult. Ægid. Boss. tr. crim. de captur. n.
28. 30.* Vndecimò *Hospitale.* gl. in l. 17. §. 12. ff. de æd. ed. Panormit. in c. cum Ecclesiæ. n. 6. ex. de immun. Eccl. Ioan. Parlad. lib. 1. rer. quot. c. 3. quo de decimis agit, laudans Lasartem in tractatione illius quæstionis. Sanè pari cum Ecclesiis iure censeri xenonas, orphanotrophia, gerontocomia, ptochotrophia, nosocomia, brephotrophia, quæ vulgo hospitalia audiunt, manifestum est ex l. 12. l. 13. l. 15. l. 17. l. 19. l. 22. C. de SS. Eccles. Et an Hospitale dicatur locus pius,
vid. ap

vid. apud Ant. Gabr. Rom. conclus. lib. 6. conc.
2. * Duodecimò, Non licet Scholares pro ali- 29.
quo delicto è ſcholis extrahere. Et ita de con-
ſuetudine ſervari atteſtatur Rebuff. de privil.
ſchol. ubi refert, ob id quosdam eſſe ſuſpen-
ſos. vid. etiam Horat. de privil. ſchol. c. 51. Iul.
Clar. d. q. 30. n. 25.* Reſtant *Signa in Caſtris ſive* 30.
vexilla militaria, apud quæ, tanquam apud aſy-
la, quis olim ſe tueri poterat, & à captivitate
vindicare. Ita enim Tacit. 1. ann. *p.* 235. *Neque a-
liud Munatio Planco periclitanti ſubſidium, quàm
caſtra primæ legionis: illic ſigna, & aquilam ample-
xus, religione ſeſe tutabatur, ac ni aquilifer* Cal-
*purnius vim extremam arcuiſſet, rarum etiam in-
ter hoſtes, legatus populi Romani, Romanis in ca-
ſtris, ſanguine ſuo altaria Deûm commaculaviſſet.*
Illa veneratio Signorum apud Romanos exin-
de quoque patet, quòd ea tempore pacis in Sa-
turni æde, unà cum ærario Pop. Rom. & legi-
bus Senatusque Conſultis, ac tabulis publi-
cis recondebantur, teſte Al. ab Alex. gen. dier.
lib. 2. p. 55. Pariterque Inſubres, ſi quando præ-
cipua bella ſumpturi erant, aurea ſigna, quæ
immobilia vocant, è templo Minervæ effere-
bant.* Quò referri debet mos hodiernus Prin- 31.
cipum atque Equitum, qui ſigna vel hoſtibus
erepta, vel quæ ipſis in bello concredita erant
in locis ſacris ſuſpendunt. Quæ maximo nu-
mero vidi Vindeſori in Angliâ, ubi Equites
periſcelidis: Piſis, ubi Equites S. Stephani, tem-
pla & Ordinis ſui fundationem habent: Hagæ

Comitis, vexilla Alberto Duci in prælio *Nyportēſi* ad Novoportum erepta: Sedini, Ducum Pomeraniæ, paſſimque infinita. Illam autem ſolennitatem dedicandorum poſt partam victoriam armorum Diis, antiquiſſimam eſſe præter alios videre eſt apud Leand. Albert. deſcript. Ital. p. 476. Havēdo Antenore fondata Padoa, ſoſpeſe l'armi nel tempio conſacrandole a gli Dei, ſecondo l'uſanza de gli antichi: I quali havendo finito la malitia, dedicavano l'arme à gli Dei. Parimente fece adunque Antenore (ſecondo Servio ſopra quelle parole di Vergil. nel 1. lib. dell'Enead. Armaque fixit) havendo fatto queſta città doppo tante fatiche, e havendo nominato la gente di queſta regione Veneti, e ſi come pacificamēte doveſſe ripoſare dedicò l'arme a gli Dei, ſecondo ch'é detto. Prætereà auſpicia petebant Romani à ſignis: Nam ſi, cùm forâs educi deberent, facili ductu evellerentur, & levia translatu forēt, proſperrimi augurii & indubitatæ erat victoriæ ſignum. Plura de ſignis vid. apud Al. ab Al. gen. dier. lib. 4. c. 2. & Georg. Schönborn. lib. 6. polit. c. 20. p. 503. ex quo facile eſt rationem ſuperiorum diſcere. Imagines enim Principum habebantur innexæ ſignis: & nomen Principis,
32. puniceis literis inſcriptum erat, ut idem ex Lipſio notat, & Sueton. in Tiber. *Denique *Refugium Domus.* Nam ut ait Xenoph. 7. pæd. Cyr. ὐδὲ ὁσιώτερον χωρίον ἐν ἀνθρώποις ὐδ' ἥδιον, ὐδὲ οἰκειότερόν ἐστιν οὐδὲν οἴκου ἰδίου: id eſt: *Neque ſanctior*

locus

locus hominibus est, neque gratior, neque magis proprius, suâ cuique domo. Vnde & Græcorum proverbium, οἶκος φίλος, οἶκος ἄριστος: *domus amica, domus optima*: de quo Erasm. chil.3. cent. 3. pro. 38. p.698. Hinc & Gaius ICtus in l.18. ff. de in ius voc. *Domus tutissimum cuique refugium atque receptaculum est.* 10. Igneus in l.1. n.2. ff. ad Sc. Silan. Quâ ratione Luccenses statuerunt, ex causa civili neminem domi suæ capi posse. Ita verò habet statutum lib.1.c. 217. p.54. E ancora statuito si intẽdi e sia, che nessuno cittadino Lucchese, overo habitatore nella città di Lucca, multato overo da multarsi, per contumacia per debiti civili in qualunque somma, da qualunque Officiale del commune di Lucca, overo per pegno vietato, possi essere preso, tanto di giorno, quanto di notte, nella casa di sua habitatione propria, overo condutta, non ostante alcuno ordine, over consuetudine, che disponesse il contrario. &c. Prohibet Statutum, nè civis Luccensis capiatur in domo sua. Idem vult Ius nostrum civile, vetans quemquam de domo suâ in ius vocari. Quod de violentâ *obtorsione colli & raptione in ius intelligunt* Dd. per d.l.18. in verbis: *vim inferre videri.* Nam domũ alicui denuntiari potest.l.4.§. 5. ff. dam. infect. c.ult. de eo, qui mitt. in poss. *Sive si aditum quis ad se præstet, aut ex publico conspiciatur, rectè in Ius eum vocari,* Iulianus ait l.19. ff. de in ius voc. *Quamquam de domo suâ extrahi non possit.* l.21. d. t. *Sin latitet, neq; defendatur, satis pœnæ subit.* Cer-

tū enim est quod mittitur adversarius in possessione bonorū eius, d.l.19. Ait porrò statutū: Per debiti civili. Quæ & setētia Dd. nostrorū est: Regula illa Iuris 103. quā etiā Quintilian⁹ habet Inst. Or. 7. c. 9. Neminem de domo sua extrahi posse fallere in criminalib⁹, ut videre est apud Hæn. Göd. col. 31. n. 15. Wel. in ϖ. ff. de in ius voc. n. 12. Quo in casu refugium domū à vero asylo differt, q immunitatē in causis capitalib⁹, velut homicidio, præstat. Nō distinguit etiā statutum domū propriā, & habitationem, convenientissimè iuri nostro in l. 4. §. 5 verbo: etsi in alienā domo habitet. ff. de damn. inf. l. 5. §. 5. ff. de obl. & act. § 1. I. de Obl. quæ quasi ex del. Si tamen debitor sit suspectus de fuga, potest capi in domo propria, ut tradit Iason in l. vinum. n. 3. vers. hinc infero. ff. de reb. cred.* Penè omi-
33. sissem nobile refugiū apud Saxonas ad CRUCEM. de cuius Origine, autore & fine Weichbild art. 9. Der König weiset die Kauffleut mit der Römer Rath an die Schiffreichen Wasser/ daß sie allda Feste Stätt baweten mit Mauren vnd mit Weichhäusern/ vnd da gab jhn der König mehr andere vnd solche Recht/ als Er täglichē an seinem Hoff selbst hatte/ vnd bestettigt jhnen die/ vnd bott jhnen seine Hand dar/ da begriff jhn ein Kauff Mann/ vnnd zohe jhm den Rechten Handschuch ab/ darüber so ward jn von ihm S. Peters Friede von Gottes wegen gewircket vnd gegeben mit einem Creutz/ das ist das Vrkund/ wo man Newe Stätt bawete/ oder Märckt macht/

das

das man da ein Creutz setzet auff dē Marckt/durch das man sehe/ daß Weichfried da sey. Ad quem art. notat Gl. n. 11. Wo man mercket / das man ein Creutz setzet auff dem Marckt/ da deß Königs Handschuch anhanget / dabey ist zuvernehmen/ das man da Weichfried habe / der bestettiget sey mit deß Königs Vollwortung. Dann man mag kein Statt bawen / ohn deß Landrichters willen/ vnd den Willen mag der Landrichter nicht geben ohn deß Königs vollwort. ut l. 1. C. de nov. op. nunc. Et n. 13. Bey dem Creutz ist auch zuvernehmen Gottes Fried von S. Peters wegen/ ut c. ita dominus noster. dist. 19. Dann zu derselbē Statt sollen gehören beyde Geistlich vnd Weltlich Gericht. num. 14. das Weltlich von dem Keyser (dz ist zuvernemen bey dem Handschuch) das Geistlich Gericht bey dem Creutz/ das dem Stul zu Rom vnd dem Bapst (intellige olim ante Reformationem religionis in Imperio: Hodie enim Principes Imperii ne in sacris quidem recognoscunt Pontificis auctoritatem & præceptum) befohlen ist/ vnd bey diesen zweyen zeichen ist zuvernehmen/ das da Fronrecht sey vnd freyung/ vnd Rechter Fried / ut Landrecht lib. 2. art. 26. & lib. 3. art. 66. in gl. col. 1. Quam Pacem de immunitate confugarum sive de Iure Asyli accipit Glossa eadem n. 15. & 3. seqq. Fuit autem Crux Christi Christianis semper sancta & venerabilis. l. 26. C. de episc. & cler. eamque πϱοσκυνητὸν ἢ τίμιον dixit Nov. 5. c. 1. Non quidem propter se , sed propter Christi

memoriam, qui pro nobis cruci suffixus est, ut Sibylla dixit, ὦ ξύλον μακαριστὸν ἐν ᾧ θεὸς ἐξετανύσθη. Adeò verò fuit signum Christi sanctum, ut in instrumentis pro fide & subscriptione cederet. l. ult. C. de iur. delib. Nov. Leon. 72. Et collocatione eius profana loca expiari, & Deo consecrari solerent. l. ult. C. Th. de pag. sacrif. Nov. 5. Et 67. & praeferri quoque in litaniis publicis, Nov. 123. Cuiac. in π. C. nemini licere signum Sal. Christi humi vel in sil. Dd. ad Inscr. Inst. quos allegat Valent. Wil. Forst. in tractat. Iustin. & eleganter Sanctorum Patrum testimoniis probat C. Rittersh. parens meus ὁ μακαρίτης, in sacris lection. Christianos in omniũ rerum aggressione & inchoatione boni ominis caussa crucis signo manu vel primoribus digitis formato se muniuisse. Praeter alia loca affert Tertullian. li. de Coron. milit. Qui ad omnem, inquit, progressum atque promotum; ad omnem aditum & exitum; ad vestitum & calceatum, ad lavacra, ad mensas, ad lumina, ad cubilia, ad sedilia, quacunque nos conversatio exercet, frontem crucis signaculo terimus. Harum & aliarum eiusmodi disciplinarum si legem expostules scripturarũ, nullam invenies. Traditio tibi praetendetur auctrix, consuetudo confirmatrix, & fides obseruatrix. Mihi lubet hanc de cruce tractationem claudere distichio Io. Ovven.

Restat imago crucis; Tua de cruce tollitur: ecce
Christe, cruci maior, quam tibi monstrat honor.

De

* De chirothecis præterea notandum, illas in eodem Iure Saxonico Landrecht lib. 2. art. 26. v. 2. dici das Handzeichen/ cuius usus, ut ex superioribus constat, non erat tantùm in illo casu condendarum Vrbium, vel metro comarū, sed in iure quoque cudendæ monetæ. Textus ita habet: Niemand mag newe Merck oder Müntz erheben/ ohne deß Richters/ das ist/ deß Fürsten willen/ in deß Gericht es leyt: auch soll der König durch Recht sein Handzeichen darzu senden/ zu einer beweisung/ das es sein Will sey/ ꝛc. Sic eodem Iure Saxonico Landrecht art. 69. sancitur: Vbi sub Regis banno cognoscitur, Iudices seu Scabinos pileis & chirothecis detractis, indutis palliis, inermes, ieiunos iudicare sententiamque ferre debere. Cui ferè simile est, quod Bodinus habet lib. 1. de Repub. c. 9. mi. p. 150. nimirum apud Gallos vasallum, cùm idem est qui subditus, arma, pileum, pallium, chirothecas exuere, ac genibus flexis manus supplices in Principis aut Procuratoris sui manus inserere necesse habere, & ita fidē præstare. In inauguratione Regis Galliarum præter alia solennia etiam hoc ponitur à Sleidano lib. 19. comm. mi. p. 347. quòd Rex novis vestibus induitur, & in utriusque manus palmā inungitur: manus deinde componit ad pectus, & chirothecis induit consecratis, uti vocant. Perinde fit etiam in investitura Episcopatus, in quā Chirothecas adhiberi testatur Alb. Kraz. lib. 4. Metrop. Et frequens est in concessioni- 34.

bus privilegiorum Doctoralium, ut hospitibus & spectatoribus distribuantur chirothecæ. De quibus insuper hoc notandum: Pugnaturos duello pignus dare, provocatorem quidem priùs, lacessitum autem posteriùs, & plerunque pignus illud fuisse Chirothecam, quo tanquam symbolo non solùm fidem mutuam adstringebant, sed etiam de sumptibus in eam rem factis victori restituendis ex bonis victi cavebant. C. Rittersh. part. Feud. lib 2. c. ult. q. 35. Erat etiam vetus exploratio per chirothecas ferreas, candentes, qua de Fr. Hoto. c. 44. disput. de feud & D. Ritt. d. c. ult. q. 38. Neque reticẽdus est occultus modus enecãdi per oblationem chirothecarum, ab Italis excogitatus. Vxor enim Crescentii Cos. ab Othone III. Imp. suspensi, quæ forma eximia cunctas Italiæ mulieres superaverat, & spe regnandi Imperatorem ad amorem sui pellexerat: ubi reditum in Germaniam maturantem vidit, chirothecis miro ingenio affabrè factis, venenum insuisse fertur, & Cæsari muneris loco dedisse: quo paulatim intoxicatus ac consumptus, interiit, anno Imperii 19. eiusque corpus Germani cum Imperii insignibus per Galliam in Germaniam detulerunt, armis viam sibi parãtes Aquisgranum usque, ubi Imperiali pompa honorificentissimè sepultum est, referente Cuspiniano & Casp. Peucer. lib. 4. Chron. p. 600. Tale exemplum insidiosæ necis est etiam apud Eman. Metteran. lib. 4. c. 2. p. 125. die Kö-

nigun

nigin (retineo verba & vernaculam) Von Navarra / welche des Königs Francisci des resten Schwester Tochter war / vnd zu Paris / in dem sie alle zu deß Königs Caroli IX. Schwester vnd deß Printzen von Navarra Hochzeit dienliche sachen zurüstete / Starb mit einem vergifften paar Handschuch durch eine Italianer / wie man argwohnte / zugericht / jedoch vielmehr durch ein seiten Wehr / wie es scheinet. Hactenus Metteranus. Nos ab hac digressione de Chirothecis, non, ut spero, iniucunda revertamur in viam, & ad Auctores Asylorum.

CAP. IV. DE AVCTORIBVS ET FUNDATORIBVS Asylorum.

SVMMARIA.

1. *Lex Dei de Asylis Homicidarum refertur.*
2. *Homicidia quotuplicia.*
3. *Necessitas Asylorum apud Hebraeos.*
4. *Ratio cur sex fuerint Civitates Refugii, non plures nec pauciores.*
5. *Ratio cur tres trans Iordanem, reliquae in terra Canaan?*
6. *Quae appellatione armorum veniant?*
7. *Vindicatio necis defuncti quibus competat?*
8. *Executio sententiarum quorum sit?*
9. *Populus cognoscebat de Confugarū causis.*

1.



RIMUS asylorum auctor & institutor idem est, qui & severus homicidii vindex DEVS. Cuius ore prolata lex clementissima ad verbū hæc est: Ex. 21. & N. 35. v. 9. *Allocutus quoq; est Iehova Mosen, dicēdo, 10. Alloquere filios Israël, edicens eis: quādoquide mox transituri estis Iordanem, & venturi in terram Cenahanis: 11. Postquam sortiti eritis civitates obventuras vobis, civitates receptûs sunto vobis, ut confugiat illuc occisor, qui aliquem percusserit*

cusserit per errorem. 12. *Erunt autem vobis civitates istæ in receptum à vindice occisi, ut non moriatur qui occidit, tantisper dum stat coram cœtu in iudicium.* 13. *Civitates autem illæ quas dabitis, sex civitates receptus sunto vobis.* 14. *Tres harum civitatum datote cis Iordanem, & tres reliquas civitates* datote in terra Cenahanis, civitates receptus sunto. 15. Filiis Israelis peregrinoque, & inquilino inter eos sunto sex civitates istæ in receptum, ut fugiat illuc quisquis percussit aliquem per errorem. 16. Sed si instrumento ferreo percussit eũ, ita ut mortuus sit, occisor est, omninò morti traditor occisor ille. 17. Similiter si lapide manuali, quo quis mori potest, percusserit eũ ita ut mortuus sit, occisor est, omninò morti traditor occisor ille. 18. Aut si ligneo instrumento manuali, quo quis mori potest, percusserit eũ ita ut mortuus sit, occisor est: omninò morti traditor occisor ille. 19. Vindex ipse illius sanguinis morti tradet occisorem illum: quum incidet in eum, ipse morti tradet eum. 20. Quod si ex simultate depulerit eum: aut proiiecerit aliquid in eum de industria, ita ut mortuus sit. 21. Aut per inimicitiam percusserit eum manu sua, ita ut mortuus sit, omninò morti traditor percussor ille, occisor est: vindex ipse sanguinis morti tradet occisorem illum, cùm incidet in eum. 22. Quod si derepentè sine inimicitia depulit eum, aut proiecit in eum ullum instrumentum non de

industria. 23. Aut percussit eum inconsideratè ullo lapide, quo quis mori potest, faciens ut decidat in eum ita ut moriatur, cùm ipse non sit inimicus ei, nec quærat malum eius. 24. Tunc ius dicent cætus inter ipsum percussorem & vindicem illius sanguinis: secundùm iudicia ista. 25. Sic eripientes cætus occisorem istum è manu vindicis illius sanguinis, remittent eum cætus ad civitatem receptus sui quò confugerat: in qua manebit usque ad mortem Sacerdotis maximi, quem unxit DEVS oleo sacro. 26. Quod si ullo pacto exibit occisor iste termino civitatis receptus sui, quò confugerat. 27. Et inveniet eum vindex ille sanguinis extra terminum civitatis receptus eius: quum occiderit vindex iste sanguinis occisorem istum, non est reus sanguinis. 28. Nam in civitate receptus sui manere debet usque ad mortem sacerdotis maximi: post mortem verò Sacerdotis maximi revertetur occisor in terram possessionis suæ. 29. Erunt autem hæc vobis in statutum iudiciale per generationes vestras in omnibus habitationibus vestris. 30. Quicunque percussurus est aliquem, ex sermone testium occidet occisorem: sed testis unus non poterit testari contra aliquem, ut moriatur. 31. At ne accipitote redemtionis pretium pro ullo occisore qui sons sit dignus morte: sed omninò morti traditor. 32. Ne quidem accipitote pretium redemptionis ab eo, qui

qui effugit in civitatem receptus sui, ut revertatur ad habitandum in suam terram, donec mortuus fuerit sacerdos ille. 33. Vt non contamineris terram ipsam in qua eritis, quia sanguis iste contaminaturus esset hanc terram: pro ea autem terra fieri non posset expiatio à sanguine, qui effusus esset in ea, nisi per sanguinem effundentis eum. 34. Neque polluito terram ipsam in qua residebitis, in cuius medio habitaturus sum. Nam ego Iehova habito in medio filiorum Israëlis. Hactenus Lex DEI Zelotis Numer. 35. ad quam pauca commentabimur. * v. 11. Qui aliquem percusserit per errorem.) Ita Iunius: vulgata versio habet: Qui nolens sanguinem fuderit. Repetitur v. 15. Deuter. 19. & Iosu. 20. percusserit nesciês: Id est, perpetraverit homicidium fortuitum, & per imprudentiam, vel per furorem. c. illa cavenda. 15. q. 1. Verbi gratia: Si quis abierit in sylvam ad ligna cædenda, & in succisione lignorum securis fugerit manum, ferrumque lapsum de manubrio amicum eius percusserit, & occiderit. Vel enim Venator in sylvis iaculo in feram emisso occidit hominem: cuius rei exemplum habetur in Atrasto occiso, teste Herod. lib 1. histor. & in fabula Cephalis & Procris apud Ovid. lib. 7. meta. in fi. p. 99. Et istud homicidium planè est impunitum etiam Iure civili. l. 1. & l. 5. C. ad L. Cornel. de sicar. Est verò aliud quoque homicidium casuale, ubi culpa intervenit, velut cùm quis alterum pugno

percutiens ita terræ affixit, ut is alliso ad saxum cerebro moreretur: vel cùm quis in turba lapidem sublatum in altum projecit, cuius casu homo occisus est: cuius modi homicidas arbitrariâ solùm pœnâ, puta relegatione puniri debere, tradiderunt in terminis Decius. cons. 9. per tot. & Nic. Boër. decis. 83. n. fi. Iac. Men. de arb. Iud. QQ. cent. 4. cas. 324. Huic casuali homicidio Dd. opponunt voluntarium: idque rursus subdistinguunt in planè voluntarium ac dolosum, vel necessarium sive coactum, ut cùm quis sui defendendi gratia aggressorem interficere compellitur. Dd. & Canonist. ad tit. ex. de homic. vol. & cas. Aristoteles lib. 4. polit. c. 16. homicidiorum quatuor enumerat species: Φονικȣ̃, inquit, εἴδη ἄν τ' ἐν τοῖς αὐτοῖς δικασαῖς ἄν τ' ἐν ἄλλοις. περί τε τῶν ἐκ προνοίας, καὶ περὶ τῶν ἀκȣσίων, καὶ ὅσα μὲν ὁμολογεῖται, ἀμφισβητεῖται δὲ περὶ τȣ̃ δικαίȣ. τέταρτον δὲ, ὅσα τοῖς φεύγȣσι φόνȣ ἐπὶ καθόδῳ ἐπιφέρεται. οἷον Ἀθήνησι λέγεται τὸ ἐν Φρεαττοῖ δικαστήριον: Hoc est: *Homicidii rursus species, sive in iisdem iudicibus sive in aliis, ex providentia fecerit, vel invitus, & quotcunque confitemur quidem facta, sed de iure controversiam facimus: & quòd pro homicidio exulantibus circa reditum statuuntur, ut Athenis dicitur, & quod in Phreati iudicium*; &c. Omnia hæc quatuor Iudiciorum genera diversis in locis Athenis agitata sunt. Nam de cæde consultò facta iudicium fiebat in Areopago. De cæde imprudenter factâ in Palladio (qui Iudices dicebantur Ephetæ, anno-

tante

tāte Bodin. meth. hist. p. 270. De cæde repetitā, sive eius pænâ fugâ declinatâ in Phreatio. De Iure cædis in Delphinio. vid. Ælian. lib. 5. var. hist. c. 15. Ad locum Aristot. confer. Giphan. Camerar. & Piccart. in politic. * v. 12. dum stat coram cætu in iudicium.) Omninò necessarium erat Iudæis fuisse asyla atque refugia. Nam cū Cognato occisi licuerit propriâ auctoritate vindicare necem defuncti, & percussorē proëreticum è medio tollere: ne vindictæ cupiditas etiam in innocentes sæviat, & eo sanguine terra polluatur, de eiuscemodi securitate DEVS ipsis prospicere voluit, salvo tamen iuris atq; iustitiæ examine. * vers. 14. Tres erunt trans Iordanem, & tres in terra Chanaan.) Libet hîc exhibere Lectori explicationem mysticam duarum Quæstionum: 1. cur sex sint civitates profugis, non plures pauciores vé. 2. Cur trans Iordanem tres, reliquæ in terra Chananea: ex Philon. Iudæo lib. de profug. p. 639. Cuius verba hæc sunt: *An quoniam antiquissima & munitissima non solùm civitas, sed ceterarum etiam metropolis Dei verbum est?* Quod primarium & vtilissimum est refugium. Aliæ quinque ceu coloniæ potentiæ sunt id proferentis, & in his præcipuā creativa, per quā Opifex verbo suo mundum condidit. Proxima regia, per quam Conditor creaturis imperat. Tertia propitia, per quam Opifex miseratur opera sua. Quarta, legislatoria, per quam etiam vetantur illicita. Pulcræ civitates & munitæ, animarum digna-

3.

4.

rum egregia receptacula. Bonum etiam humanumque institutum, quod confirmat ad benè sperandum. Quis alius potuisset tantam copiam rerum profuturarum ostendere, in tanta varietate non spontè peccantium, quibus nec vires eædem sunt, nec imbecillitas eadem? Cõsilium est igitur, ut qui cursu valet, sine respiratione contendat ad summum illud verbum divinum, fontem sapientię, ut derivo eius hauriens, pro morte præmium æternæ vitæ inveniat. Qui non æquè celer est, ad creativam confugiat potentiam, quam Moses nominat DEVM, quia per eam disposita ornataq; sunt omnia. Quisquis enim mundum creatum intelligit, nõ mediocre bonum lucratus est, creatoris notitiam. Hæc enim citò persuadet, ut creatur coditorem suum diligat. Quòd si quis ne ad hoc quidem est idoneus, accedat ad Regia. Timor enim cohibebit subditum, si parentis amor parum valet apud filium, ut castigatione contineatur in officio. Rursum: Si quis ne hos quidem terminos, ut longinquos valet attingere, huic interiores metæ præfixæ sunt necessariarum potentiarum, Propitiæ & Præcipientis, quid agendum, ac Vetantis ne quid fiat, quod fieri non debet. Nam quicunq; iam persuasum habet, DEVM esse non inclementem, sed natura exorabilem, is etiamsi peccato præveniatur, mox pænitet, dum sperat fore ut ille obliviscatur. Et quisquis credit, DEVM esse Legis auctorem, mandata servan-

do felicitatem assequetur. Postremus ultimum habebit refugium, ut malis careat, si bonis superioribus potiri non datur. Hæ sunt illæ sex Civitates, quæ refugia vocantur. Ex quibus quinque suas figuras habent ac imagines in sacris literis. Præcepti quidem & interdictionis leges in arca reconditas: propitiationis autem, arcę ipsius operculum. Hoc enim vocatur propitiatorium. Creativæ verò ac regiæ potentiæ, duo Cherubim alata huic opposita. Ceterùm intellectus ille divinus omnibus his superior, non cadit in visibilem speciem, ut qui nulli rei sensibili est similis, sed ipse imago DEI, antiquissimus omnium intelligibilium, & summo proximus, quandoquidem nihil medium est inter ipsum & Ens illud verissimum. Scriptum est enim, loquar tibi supra propitiatorium inter duo Cherubim: ut Verbum Potentiis pro auriga sit, is verò qui loquitur pro vectore, ad cuius celeuma Universum hoc auriga regat & temperet. Ergo ille qui tantum abest ut spontè delinquat, ut ne imprudens quidem id faciat, ipsum DEVM sortem habebit, in eo solo habitaturus. Ceterum qui non de industria, sed inconsultè labuntur, habebunt refugia civitatis felices & divites. * Itaque tres
earum sunt transamnenses, multum à nostro 5
genere dissitæ. Quænam hæ? Verbum illius summi Principis & Potentia creativa, Regiaque. Harum enim cœlum & universus mūdus est. Confines autem & contiguæ humano

mortali generi quod solum peccato est obnoxium, tres citeriores, Propitia, & Imperativa, atque Prohibitoria. Nam hæ iam ad nos pertinent. Quid enim opus est interdictione non aberraturis à Iustitia? Quid præcepto, nisi his, qui suapte naturâ proclives ad lapsum sunt? Quid illa propitia potentia peccato nulli obnoxiis? Sed nostrum genus his opus habet,
6 sic natum ut ad spōte secusvé peccandum proclive sit. * v. 16. Instrumento ferreo. v. 17. Lapide v. 19. Ligneo instrumento.) Nil refert, quo genere teli & armorum homo fuerit interfectus: Wesenb. in π. ff. ad l. Corn. de sicar. n. 8. & 9. Sufficit namque tale instrumentum mortis fuisse, quo noceri homini potest. l. pen. ff. ad L. Iul. de vi publ. Sive ferrum, sive lignum, hoc est fustis, sive lapis fuerit. l. 233. Si calvitur. §. telum. ff. de verb. sign. l. 54. §. 2. ff. de furt. Quę omnia generali teli appellatione veniunt. Et quamvis telum propriè sit quod iacitur, sive ab arcu mittatur, sive manu, ut Etymologia Græca duplex ostendit in §. item lex Iulia. 4. de publ. Iudic. qui desumptus est ex responso Gaii in d. l. 233. §. 2. Quamquā etiam tela & arma propriè hoc inter se differunt, teste Festo, quòd telis è longinquo prędiamur: arma verò ab armis, hoc est humeris dependent ad corpus tuendum. Tamen armorum appellatione etiam tela veniunt, ut ostendit Vlp. in l. 3. §. 2. armis. ff. de vi & vi arm. Paul. in l. 9. ff. ad l. Iul. de vi publ. Caius in l. armorum. 41. ff. de

v. 5. Imp. in §. recuperandæ. verſ. armorum I. de interdict. Præterea hic locus variis iuris noſtri textibus illuſtrari poteſt, quos diligentiſſimè video collectos à Ioan. Ign. ad l. 1. §. Occiſorum. nu. 29. verſ. Adde ad hunc tex. cum 3. ſeqq. ff. de SC. Silan. ex quo illos huc repetere non fuerit alienum. Idem, inquit, Si quis hominem cucuma percutiat l. 1. §. Divus. ff. ad l. Cor. de Sicar. Idem ſi bidente, ſecundum Bart. in l. ſi gemina. ff. arbor. furt. cæſar. Similiter ſi ligone. c. ſignificaſti ex. de homic. de lapide ſeu ſaxo idem, ut hic, & d. l. qua actione. §. occiſum. ff. ad l. Aquil. l. omne delictum. §. ſi quis commilitonem. ff. de re milit. vel plumbatis. l. nemo carcerum. C. de exact. trib. lib. 10. Idem ſi fuſte, textus eſt hic & d. l. qua actione. §. occiſum. vel impulſu animalis. l. 1. ff. ſi quadr. pauper. feciſſ. dic. d. l. vn. C. de emend. ſerv. ibi: unguibus ferarum: vel flammarum expoſitione. d. l. vn. C. de emen. ſerv. in l. ſi ſeruus ſervũ. §. ſi quis igitur. in verb. vſſerit hominem. ff. ad l. Aquil. per graves cuſtodias. l. 1. C. de custo. reor. l. incredibile. C. de pœn. l. aut damnum. §. ſolent. ff. de pœn. per negationem alimentorum. l. necare. hic alleg. per gl. ff. de lib. agnoſ. l. item ſi obſtetrix. §. ſi quis hominem. ff. ad l. Aquil. De ſica dubium non eſt. §. Item lex Cornelia. I. de publ. iudic. l. 2. §. ſi publicanus. ff. vi bon. rapt. ibi Si tamen ideò incluſerit, ne paſcatur. l. ſi ſterilis. §. cùm per venditorem. ff. de act. empt. De cultellis verò minoribus ſeu mode-

ratoriis idem.d.o.lator.& c.ad audientiam.ex: de homicid.l.item Mela.in pr.ff. ad l. Aquil. ibi, deiecto cultello. Licet usus eorum permittatur.§.fin.in Auth.de armis.coll.6.gl.in rubr. de fabricens.lib. 11. vel per applicationem mali medicamenti.d.l. qua actione. §.fi. cum l.seq. & §.Item si obstetrix. ff. ad l. Aquil. l. quod si nolit. §.culpam.ff.de ædil.ed. & facit materia l. si ab hostibus.§.si vir.ff.solut.matrim.l.eiusdẽ. ff.ad l.Cornel.de sicar. Describuntur varia telorum genera quibus homo trucidari seu necari potest.l.3.ff.de offic. præf. vig. ubi dolabra armorum appellatione ponuntur: fustes similiter & flagella,d.l. un. C.de emen.serv.lapides, gladii,hastæ,frameæ,seu rhomphęæ & fustes.l. 3. §.armis deiectum. ff.de vi & vi arm. l. armorum.ff.de verb.sig.§. recuperandæ. I. de interdict. Alibi Iustinianus plura alia armorum genera describit, videlicet arcus, sagittas, spathas,enses, semispathia,zanias, loricas, contos,qui sunt lanceæ longiores. Item lanceas omnis generis sive monocapia,vel sitinnos & alia missilia,aspidas,galeas,cassides,quæ omnia vocabula describuntur in §. fi. Auth. de armis coll. 6. Et generalius describit ICtus telum. in l.si calumnietur.§.telum.ff.de verb.sign. & §. Item lex Cornelia.I.de publ.iudic. Vt significet omne quod manu mittitur: non tamen arcu sive lapis seu lignum aut ferrum, licet id propriè telum dicitur quod ab arcu mittitur. Et alia expressiori interpretatione dicitur telum seu teli

appellatio

appellatione venire omnia, ex quibus singuli homines nocere possunt. l. pen. in fin. & l. armatos. ff. ad l. Iul. de vi publ. l. si pignore. §. teli, ff. de fur. l. qui commeatus. §. fin. ff. de re mil. Adduntur alia duo genera, tibiale seu humerale cum ipsa lorica maximè pectorali, quam antiqui ex corio crudo faciebant, ut inquit Varro de ling. Latin. Et secundum eundem Galli postea ex ferro succuderunt, quæ pòst tunica ferrea vocata est, & ex anulis composita. His adde l. fi. C. quæ res export. non debent. c. ita quorundam ex. de Iudæ. ubi aliquid per Feli. & alios. Alia telorum & armorum genera, & eorundem inventores & plenius describit Plin. lib. nat. hist. 7. c. 56. Veget. de re mil. lib. 4. & Cic. in Orat. pro P. Sylla. C. Ritters. Nou. par. 14. c. 4. Vocabula telorum, iaculorum, gladiorum, quæ in historiis veteribus scripta sunt, collegit Gell. lib. 10. noct. c. 25. & sunt: hasta, pilum, phalarica, semiphalarica, soliferrea, gega, lancea, spari, rumigestri, falces, tragulæ, frameæ, mesanculæ, cateræ, rhompheæ, scorpius, scibones, sicilices, veruta, enses, sicæ, macheræ, spatæ, lingulæ, pugiones, climaculæ. &c. In statuto Lucensi, quo tam Civibus, quã peregrinis, cuiascunque sint ordinis aut dignitatis, armorum gestatio sub mulcta non levi est interdicta, sub armorum nomine veniunt sequentia: Lancia, spuntone, dardo, spiedo, chiavarina, Falcione, mannarese, acetta, mazza ferrata, overo piombata, pennato a raz-

zo,

zo, Beccacenere, trafieri, &c. Colbello, spada, Costolieri, ò stocho &c. corazza, coretto, overo pansiera, cervelleria, bacinetto; capello di ferro, overamente almetto, rotella, taulaccio, overo largone, pavese overamente scudo, guanti di ferro, brocholieri, bracciali, overamente maniche di ferro; coltelli overo costolieri atti a lanciare, e col lacio ferire, patolte di ferro, di piōbo, di pietra. Balestra, archo, frōbola massa, frustro, schiopetti archibusi, fusti overo bastoni, *v. 19. & 21. Vindex Sanguinis.) In vulg. v. est: Propinquus, cognatus occisi. Iure Civili
7. indignus censetur hereditate defuncti, qui interfecti necem vindicare negligit. l. herede. 17. ff. de his quæ, ut ind. l. 1. 6. & 7. C. eod. Intellige in iudicio. Sed apud Iudæos amplius permittebatur Propinquo manus Interfectori iniicere, vt hîc. Similiter & Abyssini, Alvaresio referente, homicidam propinquis interfecti cruciandum tradunt, referente Bodin. meth. hist. p. 151. Ratio est, quia cùm ab uno Cognati stipite descendant, & iura sanguinis traxerint atque participent, effuso sanguine unius tangi lædique videntur omnes eiusdem cognationis, præsertim propinquiores, arg. §. patitur. l. de iniur. Ita ut non absque ratione vindictam & persecutionem interfectoris Leges propinquis permiserint. Cum quibus congruit illud Ovidii:

Cum

Cùm tibi sint fratres, fratres ulciscere læsos,
Cumq; pater tibi sit, iura tuere patris.

Sic & aliàs testes primas, dein universus populus Candidatis supplicii manus inserebant, ex præcepto Divino Deut. 17. v. 7. Id quod observatum legimus in historia Susannæ & Stephani martyris. vid. Wilh. Zepper. LL. Mosaicar. forens. explanat. Aristoteles lib. 6. polit. c. 8. ipsis magistratibus decretorum suorum executionem demandat. Neque illud absque ratione, scilicet ut reverentia quædam iudiciis accederet. Quod & in Germania nostra in urbe Reutlinga usurpatum fuit, ut Iunior ex Senatu exequeretur sententiam: ubi in curia gladius etiam nunc asservatur atque exhibetur. Moris præterea antiqui fuit, ut capitis Reus vitâ nonnunquam donetur, si carnificis officio in alio fungatur. Cuius rei exemplum est apud *Gunther. Ligur.* lib. 4. ubi de latronibus, qui in Alpium faucibus Imp. Fridericum exitu prohibere atque pecuniâ emungere præsumpserant: illos duce Ottone 8.

Attonitos, penitusq; animi ratione carentes
Regius aggreditur miles: reliquisq; peremptis
Cum duce capta suo, turpi bissenaque servans
Corpora supplicio, grato pro munere Regi
Exhibet hos omnes, excepto scilicet uno
Qui socios propriâ iussus suspendere dextrâ,
Obtinuit miseram regali munere vitam.
Gallus erat; nuperq; dolis adscitus iniquis

Inscius huic parcens, aliorum guttura duro
Elidi laqueo iustissimus imperat ultor.

Eiusemodique supplicii vestigium vidi Gandavi in ponte quodam, duas nimirum ex ære statuas, filii, patrem decollantis, atque ob id vitâ donati. Quod Iodoc. quoque Sincerus, IC. quem honoris caussa nomino, tangit Itin. Gall. p. 549. & Ioan. Bodin. lib 3. de Rep. c. 8. p. 564. Idque in Italiâ, Germaniâ & Galliâ usu receptum esse annotat D. Gothofred. ad l. 31. ad bestias. ff. de pæn. ex Io. Paponio, monens, *Non temerè id concedendum esse, ne alioqui plures existant Carnifices quàm Rei. vid.* etiã Iod. Damhaud. in prax. rer. Crim. de Execut. sentent. capit. Th. Lans. in or. cont. Germa. p. 824. M. Stephan. tr. de Iurisd. lib. 1. c. 6. n. 144. & seq. Bodin. de Repub. lib. 3. c 3. p. 444. Mich. Piccart. lib. 6. polit. c. 8. ms. p. 329. P. Martyr. Loc. Com. 14. n. 27 & 3. seqq. ubi tres rationes affert, quare carnificum existimatio apud nos tantoperè
9. laboret. *v. 24. Ius dicant cætus.) Vulgata habet: hoc audiente populo fuerit comprobatum. Idem fiebat apud Romanos: Quod historia docet Appian. lib. 2. de bell. civil. de cæde C. Iul. Cæs. *Percussores C. Cæsaris, quoniam plebs eis se non adiungebat, hæsitabant inopes consilii, & metuebant: de Senatu quidem, quamvis per ignorantiam & tumultum statim diffugerat, benè sperantes: vel quòd ipsis cognati amiciq; essent, pleriq; eius ordinis: vel quòd illi molestè ferrent tyrannidem: plebem autem suspectam habentes & emeritos Cæsaris,*

saris, quorum tunc in urbe magnus aderat numerus, partim recens dimissorum & agris donatorum, partim iam antè deductorum in colonias, sed tunc præsentium ut prosequerentur Cæsarem: Lepidus quoq; timebatur cum urbanâ legione, & Cos. Antonius, ne omisso senatu ad plebem se conferens aliquid damni daret. In hoc rerum statu Capitolium cum gladiatoribus occupant. Appian. d. lib. 2. p. 549. & seq. Etrursus: *Mercenaria turba animos recepit, quasi prætore Cinna, (affine Cæsaris, qui tyrannicidas eius ut benemeritos vocari iubebat è Capitolio & ornari præmiis p. 551. quam ob causam postea lapidibus petitus est a Cæsarianis.* p. 555.) *& Dolabella Cos. sibi veniam dantibus: iußitq; Caßianos ex templo descendere.* p. 552. *Sed Caßius tantùm & cum eo M. Brutus, qui habitâ concione ad populum reversi sunt in Capitolium. non enim fidebant multitudini. Cumq; iam permitteretur domesticis eorum & cognatis in templum ad ipsos commeare: electi sunt, qui legatione pro eis fungerentur ad Lepidum & Antonium de concordia & cura libertatis, præcavendisq; incommodis patriæ, quæ sequi solent discordiam* p. 552. & seq. *Brutus & Caßius plebem vocabant ad se in Capitolium, statimq; facto ad eos multorum concursu, Brutus sic locutus est: Hîc nunc Quirites agimus vobiscum, qui in foro heri egimus: non ut ad fanum refugi, nec enim peccavimus: neq; ut ad locum præruptum, quippe qui res nostras fidei vestræ committimus.* &c. p. 564. Advocatâ concione per Coss. SCtum recitatum est, moxque Cicero multa in laudem oblivionis iniuria-

rum disseruit: quibus libenter auditis populus vocabat Cassianos à Capitolio: illis contrà postulantibus ad se mitti obsides, missi sunt Antonii Lepidique liberi. Vbi verò Cassiani in conspectum venerunt, plausus cum acclamatione exortus est: cumq; Coss. aliquid vellent dicere, cõclamatum reconciliarẽtur prius & cives suos in gratiam reciperent. ib. p. 569. Sic ille. * v. 25. Donec Sacerdos Magnus moriatur) Rationem huius legis non parvum sibi negotium exhibuisse scribit Philo Iud. lib. de profugis. *In eadem enim culpa dispar pœna lege statuitur, dum aliis longius, aliis brevius fit exiliũ. Nam quidam Pontifices longævi sunt, quidam citò defunguntur: & alii iuvenes, alii senes accipiunt sacerdotium. Item involuntariæ cædis rei quidam initio Pontificatus profugiunt, quidam sub mortem Pontificis: atque ita quidam per longum temporis spatium carent solo patrio, alii per unum diem si fors ferat. Quo elapso cervicem erigunt, & superbi deridentesq; cognatos occisi, domos suas repetunt. Hanc difficultatem, in quâ hæremus, ita licebit evadere si rationes naturales omiserimus. Hæc est igitur nostra sententia, Pontificem hunc non hominem, sed Dei verbum esse, quod expers est peccatorum omniũ, non solùm spõtaneorum, verùm etiam involuntariorum. Hunc enim negat Moses vel ob patrem intellectum, vel ob matrem sentiendi vim contaminari, ut opinor ideò, quia parentes immortales purissimosq; sortitus est, Patrem Deum, qui omnium rerum pater est, matrem verò sapientiam, per quam quicquid*

quicquid est, cùm prius non fuerit, in lucem prodiit. Et ideò caput eius ungitur oleo: Principatus, inquam, eius splendido circumfulget lumine, ut meritò existimetur amictus vestibus. Nam antiquissimum eius Qui est verbum mundo ut veste induitur. Vestitur enim terra, aqua, aëre igne, & cæteris, quæ ex his ortum habent. Anima autem particularis vestitur corpore, & sapientis mens virtutibus. Quod autem caput eius perpetuò mitrâ tegitur, significat diadema regium, insigne potestatis non summæ quidem, sed proregiæ, alioquin mirificæ. Idem vetatur vestem scindere. Nam & Entis illius verbum cùm sit vinculum rerum omnium, ut dictum est, continet partes omnes & constringit, non sinens eas dissolvi dilabiq; & particularis anima, quantum potest, non permittit ullam partem corporis præter naturam discindi resccariq;, ita ut integræ omnes & inter se unitæ cohæreant indissolubiles. Mens item Sapientis purificata integras & coniunctas virtutes conservat, conciliante eas naturali cognatione. Hic Pontifex ad nullam animam mortuam, ut inquit, Moses, superveniet. Mors autem animæ est vita cum vitio. Itaq; nullum scelus attinget, qualia tractare solet insipientia. Huic etiam virgo è sacrato genere iungitur, pura, incontaminata, semper incorrupta sententia. Nam viduæ vel expulsæ, vel profanæ, vel meretricis maritus nunquam fiet, perpetuus inimicus harum omnium. Odit enim viduatas virtutes, & expulsas profligatasq; ab ea, atque etiam omnem profanam persuasionem, & promiscuam consuetudinem cum multis numini-

bus, proinde impiam meretricem ne adspicere quidem dignatur. amator eius femina, quæ unum maritum habet, & unum parentem profitetur Deum omnipotentem. In huiusmodi conditione apparet eximia quædam perfectio. Nam illum, qui magnam precationem precatus est, constat, si non sponte lapsum, certè per incuriam. Dicit enim: Quod si quis coram eo repentè moriatur, in præsens contaminabitur. Nam si quid præter voluntatem repentè ingruit, in præsens animam non in longum contaminat, cum non sit voluntarium. De his Pontifex non est solicitus, quippe tum his, tum voluntariis superior. Hæc autem non extra propositum dixi: sed ut docerem, non alienum esse à iure naturali, mortem Pontificis præscribi profugis exilii terminum. Nam quandiu hoc sanctißimum verbum vivum superest in anima, non est poßibile verti eam sponte in deterius. Expers est enim peccati omnis, & suopte ingenio abhorret ab eo: quod si moriatur, non quod ipsum pereat, sed disiungatur à nostra anima, confestim datur reditus peccatis involuntariis. Nam si illo salvo in nobis exulabant, omnino post eius discessum redibunt. Hic enim eximius honor impolluto Pontifici à natura est exhibitus, ut illo præsente mentis error locum non habeat. Ideò votis omnibus expetendum est, ut vivat in animâ Pontifex, Iudex simul & redargutor, qui pro mentis tribunali erga reorũ personas sit indifferens. Idemq; Philo paulò aliter l. de special. LL. p. 1078. *Terminum reditûs præfiniit lex morte Sũmi Pontificis, ob caußam hãc. Quemadmodum quisq; occisus cognatos habet superstites*

perstites ultionis avidos, ita universæ gentis in commune cognatus & propinquus est Pontifex, reddens omnibus iura controversiasq; dirimens, & sacra votaq; quotidiè faciens, omniaq; fausta petens tanquam fratribus & liberis & parentibus, ut omnis ætas cunctaq; partes gentis in unum ceu corpus coëant coaptenturq;, & sic pace fruantur ac communibus Legibus. Hunc igitur timere debet quisquis invitus cædem patravit, ut propugnatorem & protectorem necatorum, continereque se intra sua receptacula, si modò cupit sine periculo vivere. Cùm igitur lex dicit: Non revertetur exul in patriam donec moriatur summus Pōtifex; perinde valet, ac si dicat, donec moriatur cognatus omnium publicus, qui solus habet ius in vivos pariter ac mortuos. Hæc est causa, quæ placet recentioribus: Altera verò auctores graviores habet antiquioresq; hæc videlicet: A peccatis voluntariis debent esse puri plebeii homines, aut etiam sacerdotes, si cui libet hos quoque addere: Princeps verò sacerdotum sive Pontifex per Excellentiam ab utrisque voluntariis pariter ac involuntariis. Nefas est enim hunc quicquam pollutum attingere vel sponte sua vel casu fortuito, ut cùm sacris præsit, ornatus sit parte utraque tum mente irreprehensibili, tum vita nullis probris obnoxia. Itaque tali merito suspecti sunt, qui nolentes cædem fecerunt, non ut scelerati, sed ut minùs puri à peccato: & utcunque voluntati naturæ videtur præbuisse ministerium

adversus prædamnatos illius occulto iudicio. &c. Hactenus Philo. Addam & quartam mysticam explicationem Pet. Martyris Florentini in Loc.comm.14.n.32. p. 1708. *Quod non licuit profugis redire domum ante obitum Summi Pontificis, proculdubio mysticum fuit. Nam eo adumbratur, non aliter quàm per Christi mortem nobis contingere ad cælestem patriam reditum.* Quam eandem reperio etiam in marginalibus Biblicis avunculi mei magni, Matthiæ Bergii, v. cl. Acad. Altorph. Professoris eruditiss. *v. 26. Extra fines urbium) Conformiter statuit Synodus Toletana, quæ refertur in cap. 35. 17. q. 4. *Diffinivit Sanctum Concilium, ut nullus audeat confugientes ad Ecclesiam, vel residentes, inde abstrahere aut quodcunq; nocibilitatis, vel damni seu spolii residentibus in loco sancto inferre, sed esse potius his ipsis, qui Ecclesias petunt, per omnia licitum in triginta passus ab Ecclesiæ ianuis progredi, in quibus triginta passibus uniuscuiusq; Ecclesiæ in toto circuitu reverentia defendatur: sic tamen, ut hi, qui ad eam confugiunt, in extraneis vel longè separatis ab Ecclesia domibus nullo modo abscedant, sed in hoc 30. passuum numero absq; domorum extranearum receptaculo progrediendi aditum obtinebunt: qualiter ad requisita naturæ usum debitis exeant locis, & nullo teneantur eventu necessitudinis, qui dominicis se defendendos commiserint claustris &c.* Nicolaus verò Papa in c. sicut, 17. q. 4. *Maioris Ecclesiæ per circuitum 40. tribuit passus: Capellis verò vel minoribus Ecclesiis, 30.* Item Ioannes Papa in c. 21. d. c. & q. triginta Ecclesia-

ſticorũ paſſuum mentionem facit: ſed capellas, quæ ſ nt intra ambitum murorum Caſtellorum excludit ab obſervatione triginta paſſuũ. Oldrad. cons. 55. inc. Conſuevit. Hæc de finibus Eccleſiarũ ſive aſylorum ex Iure Canonico: de quibus vid. & Iul. Clar. lib. 5. rec. ſent. §. fi. q. 30. n. 2. Archidiac. in d. c. quiſquis. 17. q. 4. Io. Ign. in l. 1. in pr. n. 58. ff. de SC. Silan. Covar. var. reſol. c. 20 numer. 5. Proſp. Farni. lib. I. conſ. 76. n. 20. Iure Civili conſtituerunt Theodoſius & Valentin. Impp. *ne ſola altaria & oratorium templi circumiectum, qui Eccleſias quadripartito parietum ſeptu concludit, ad tuitionem confugientium ſint propoſita: ſed uſq; ad extremas fores Eccleſiæ, quas oratum geſtiens populus primus ingreditur. confugientibus ara ſalutis: ut inter templa, quod parietum deſcripſimus cinctu, & poſt loca publica, & ianuas primas Eccleſiæ, quicquid fuerit interiacens, ſive in cellulis, ſive in domibus, hortulis, balneis, areis atq; porticibus, confugas, interioris Templi vice tueatur.* in l. 3. C. de his qui ad Eccleſ. Rationem conſtitutionis afferam infrà, ubi dicam: Qualem confuga ſeſe in aſylo gerere debeat. Dianæ Epheſinæ aſyli termini ſæpè mutati ſunt. Alexander ad ſtadium extendit. Mithridates paululùm plus addidit. M. Antonius etiam urbis partem comprehendit. Strab. lib. 14. Ab Hierocæſarienſibus memorabantur Perpernæ, Iſaurici, multaque alia Imperatorum nomina, qui non modò templo Dianæ Perſicæ, ſed duobus millibus paſſuum eandem

sanctitatem tribuerant, referente Tacito 3. Ann. Locum hunc de finibus sive terminis Asylorum concludo verbis solennibus, quibus Augures utebantur. Effari & effata. Varro lib. 2. de ling. lat. Hinc Effata dicuntur, quod Augures finem auspiciorum cælestium extra urbem agris sunt Effati. Hinc Effari templa dicuntur ab Auguribus. adfatus cùm in his fines fiunt. Livius lib. 10. Sed fanum tantùm, id est, locus templo effatus, sacratus fuerat. vid. Barn. Brisson form. lib. 1. Quibus addi potest Gellius lib. 14. noct. c. 7. ubi Varronem adducit docentem & confirmantem, SCtum iure fieri non potuisse, nisi in loco per Augures constituto, quod Templum appellaretur: propterea & in Curia Hostilia & in Pompeia, & postea in Iulia, cum profana ea loca fuissent, templa esse per Augures constituta, ut in iis SCta more maiorum iusta fieri possent. Inter quę id quoque scriptum reliquit Varro, non omnes ædes sacra templa esse, ac ne ædem quidem Vestæ

12. templum esse.* vers. 29. Hæc sempiterna erũt.) Vsitata hæc est clausula legumlatorum: *Hac perpetuâ lege sancimus: hac lege perpetuò credimus ordinandum: hac Edictali lege in perpetuum valitura sancimus, vel iubemus: hac generali & in perpetuum valiturâ lege decernimus*, ut videre est in l. 7. C. de sec. nupt. l. 2. C. ubi quis decur. l. 2. C. de sentent. ex per. rec. Quem stylum Legislatorum Romanorum imitatur etiam fortissimus Imp. Germanicus Fridericus I. in tit. de Pace tenend.

nend. & eius violat. lib. 2. feud. & in Auth. habita. C. ne fil. pro patre. Et alter Fridericus II. in Auth. *Statuimus hoc edicto in perpetuum valituro*, C. de Episcopal. aud. Et in hoc ipso casu refugii Lex Wisigothorum 3. tit. 5. lib. 16. *Hoc omne per avum mansurum damus edictum, ut quemcunq; homicidam, aut maleficum lex puniri præcipit, & prætereaqui ex suo dispositio, vel malæ voluntatis assensu tale nefas committit, nulla hunc occasio, nullaq; unquam ab hac sententia potestas excuset.* Ceterùm de eius formulæ genuino intellectu Conr. Ritters. Parens meus desideratiss. in Method. Nov. expos. proœm. c. 3. n. 14. & 15. p. 29. * v. 30. Ex sermone testium) *Ubi numerus testium non adiicitur, sufficient duo: Pluralis enim locutio duorum numero contenta est.* l. 12. ff. de testib. l. 217. ff. de V. S. cap. pluralis. ex d. Reg. Iur. in 6. Atque ita vertit etiam Lutherus: den Todtschläger soll man tödten nach dem Mund zweyer Zeugen. Ein Zeuge soll nicht antworten vber eine Seele zum Tod. Hic verò numerus testium binarius frequenter in sacris requiritur & repetitur, Deuter. 17. v. 6. in hoc ipso casu homicidii. Generaliter in omnibus causis Deut. 19. v. 15. *Non stabit testis unus contra aliquem, quicquid illud peccati & facinoris fuerit: sed in ore duorum aut trium testium stabit omne verbum*: Matth. 18. v. 16. 2. Cor. 13. v. 1. Hebr. 10. v. 28. 1. ad Timot. 5. v. 19. denique refertur in c. in omni negotio. 4. & c. licet. 23. etiã de testib & attest. Eaq; etiã est regula iuris feudalis. §. si quis se, tit. 26. lib.

13.

I. G. Ritt. in part. feud. q. 6. l. 2. c. 10. q. 6. v. 31. Nõ accipito te pretium.) Severa hæc est Dei iustissimi præceptio, quæ toties iteratur. *Exod. 21.
14. v. 12. *Morte*, inquit, *moriatur*. Quam phrasin Hebraicam ita nervosè explicat Philo lib. de profug. p. 633. *Cum scirem* (ait) *Leges nullo uti verbo supervacaneo, qualia per nimiam loquacitatem excidunt*, (de brevitate legis vid. Senec. ep. 93. Con. Rittersh. in Breviar. sive synops. Pãd. c. 6. de LL. partibus ac virtutibus.) *hæsitavi intra me ipsum, cur homicidam voluntarium non modò mori pronuntiet, sed morte mori. Quid enim aliud morientes quàm mors enecat adita igitur muliere sapiente, cui nomen Disceptatio, desii quærere. Ea respondit, malos etiamsi ad extremum pertingant senium, esse mortuos: quod virtuti non vivant. probos verò etiamsi disiungantur à corpore, sortitos immortalitatem in sempiternum vivere. Sententiã hanc confirmabat per oracula. Unum erat hoc: Qui adhæretis Domino Deo, vivitis omnes hodiè &c.*
15. *Deuter. 19. v. 13. DEUS itidem prohibet: *Non*
16. *misceraberis eius. &c.* Hinc piè Bodin. lib. 1. de Rep. p. 217. *Ego verò nec Principibus ullis, nec mortalium cuiquam veniam largiri licere statuo, si scelus divinâ lege capitale fuerit. At siquidem Iudex infamiam contrahit capitalem, qui privatos legibus civilibus, quæ paulo momento mutabiles sunt, solvit: Quis parricidam ac incestibus omnibus delibutum hominem legibus divinis iure solvi posse confidat? Quod si ne Principi quidem fas est, quod alterius vel minimum intersit, aut iniuriam alteri illatam*

tam condonare. Quonam modo contumeliam DEO *illatam, aut parricidium consultò perpetratum, quod lege divinâ capitale est, dissimulare poterit?* Allegat Bodin. l. servos. 8. §. 2. C. de vi publ. l. 1. C. de priv. carcer. l. 2. C. de commerc. l. nulli. C. ne SS. Bapt. l. 1. C. de desert. cumque eo facit Petr. Heig. QQ. Iur. civ. & Sax. 24. n. 42. ubi allegat plurimos Dd.* Quemadmodum autem 17.
hoc versu DEVS dehortatur Iudices, ne sordibus corrupti leviorem homicidis pœnam capitali statuant; ita seq. v. 32. prohibet, ne muneribus cuiquam reditum in patriam liceat impetrare ante obitum summi sacerdotis. Ita enim versio Germanica explicat τὸ; nullo modo reverti poterunt: Vnd solt kein versühnung nemē vber dem / der zur Freyen Statt geflohen ist / das Er wieder komme zu wohnen in dem Land biß der Priester sterbe. *Extendit nonnihil hanc con- 18.
stitutionem Dei Athanasius in Apolog. de fugâ suâ, cuius verba ex Breviario Pauli V. edit. Rom. ann. 1613. hîc refero: *In lege*, inquit, *præceptum erat, ut constituerentur civitates refugiorum, ut qui quomodocunq; ad necem quærerentur, servari possent. In consummationem porrò seculorum, cùm advenisset illud ipsum Verbum Patris, quod Moysi antè locutum fuerat, rursus hoc præceptum dedit: Cum vos, inquiens, persecuti fuerint. Item cum videritis abominationem. &c.** Quem lo- 19.
cum oppono Covarruviæ, lib. 2. var. res. c. 20. n. 2. vers. Secunda concl. quod Immunitas, scribit, Ecclesiarum iure divino, quod ut Lex di-

vina in Ecclesia Christi custodiendum est, minimè statuitur. Leges etenim Veteris Testamenti adventu Christi exspirarunt. cap. translato. de constit. Et ideo quamvis L. Mosaica ab altari nullus ad punitionem criminis evellendus esset; non deducitur ex eo hanc immunitatem divina lege sancitam apud Ecclesiam esse. Lege verò Evangelica non est hæc immunitas statuta, quemadmodum ex sacris Evangeliis apparet, & ratione probatur, quia à Christo Iesu nulla lex instituta fuit, præter naturalis iuris præcepta, nisi de his, quæ ad sacramenta & articulos fidei pertinent omninò. Si istæc immunitas iuris naturalis non est, nec ad sacramenta, nec ad articulos fidei attinet. Ergo non est de Iure Evangelico instituta. Sed de hac quæstione plura inf. vid. Io. Ign. in l. 1. in pr. ff. ad SC. Silan. n. 26. & seqq.
20. * Ethnici quoque, simiæ Christianorum, asylorum quorundam institutionem ad Oracula & deos suos fictitios retulerunt. Ita enim Tacitus 3. annal. *p.* 323. ubi de nemore Deorum monitu sacrato: *Primi*, inquit, *omnium Ephesii adière memorantes, non ut vulgus crederet, Dianam atque Apollinem Delo genitos esse apud se Cenchrium amnem, lucum Ortygiam, ubi Latonam partu gravidam & oleæ, quæ tum etiam maneat, annisam, edidisse ea numina: deorumq́; monitu sacratum nemus.* Et paulò post: *Smyrnæos ait, Oraculum Apollinis, cuius imperio Stratonicidi Veneri templum dicaverint: Tenios eiusdem carmen referre, quo sacrare Neptuni*

effig


effigiem ædemq; iussi sint. Sic Romulus asylo suo auctoritatem Pythiæ oraculo conciliavit. Neque alieni sunt versus Statii lib. 12. Theb.

... ipsos nam credere dignum
Cælicolas, tellus quibus hospita semper Athenæ,
Ceu leges, hominumq; novum ritusq; sacrorum.
Seminaq; in varias hinc descendentia terras,
Sic sacrasse loco commune animantibus ægris
Confugium, unde procul starent iræq; minæq;,
Regnaq;, & à iustis fortuna recederet aris.
Iam tunc innumeræ norant altaria gentes,
Huc victi bellis, patriaq; à sede fugati,
Regnorumq; inopes, scelerumq; errore nocentes.
Conveniunt, pacemq; rogant.

CAP. V. EIUSDEM CUM priori argumenti.

SUMMARIA.

1. II. CONDITORES URBIUM *Asyla aperuerunt.*
2. *Historicorum Quorundam* ἐναντιοφανὲς *dilutum.*
3. *Sitius Asyli Romuli.*
4. *Finis eius.*
5. *Præceptum Politicum, de concessione immunitatum.*
6. III. IMPERATORES *authores asylorum.*
7. IV. REGES.

1. ECUNDÒ Conditores Vrbium asyla aperuerunt; quo faciliùs civitatem incolis implerent. Sic Cadmum cùm Thebas conderet, primùm ferunt asylum instituisse: quò perfugientes sive servi, sive liberi, ab omni pœna tuti essent, indeque per vim extrahi non possent. Quamquam Servius Herculis prognatis asyli primordium sive inventum adscribat; adducens eum Statii locum Thebaid. 12.

Fama est defessos acie post busta paterni
Numinis Herculeos sedem fundasse nepotes.

Romulus & Remus urbe primùm fundatâ, templum perfugis securitatem præbens Asylum constituerunt Dei asylæi, quasi è cuius templo abripere quenquam nefas esset, dictũ, & omnes ad se receperunt: ita ut neque dominis servos, neque nexum æris alieni caussâ creditori, neque homicidas magistratui dederent. Plutar. in Romulo p. 41. Et L. Florus lib. 1. c. 1. p. 5. *Erat in proximo lucus, hunc asylum fecit, & statim mira vis hominum, Latini Tuscíq; pastores, quidam & trãsmarini Phryges, qui sub AEneâ:*

Arcad

*Arcades, qui sub Evandro Duce influxerant. Ita ex variis quasi elementis congregavit corpus unum, populumq; Romanum ipse fecit.** In eo videntur 2.
differre historici, quod alter Templum consecratum fuisse scribit, alter lucum. Ego verò existimo primùm Romanos in lucum se recepisse, utpote tum in summâ paupertate & paucitate constitutos: de quarum illa ICtus in §. pæna. I. de iniur. auctis nonnihil divitiis & numero civium, tum demùm templa ædificari cœpta, & pro lucis culta esse. Vel fieri potest, ut sacri loci spatium & lucum & templum occupaverit.* Porrò de situ huius asyli ita Pom- 3.
pon. Læt. de antiq. Rom. *Tarpeius mons dividitur in colles duos, in Capitolium & arcem. In medio erat vallis, in qua fuit asylum, ad quod confugientes tuti erant. Est autem asylum templum inviolabile: & ibi fuit templum Veiovis* &c. Ita quoque Io. Barth. Marliā. de antiquæ Romæ topogra. lib. 2. p. 625. *Asylum, id est: Misericordiæ templum in Capitolio fuit, ad lucum opacum, medium inter Capitolium & arcem, in valle constitutum. Vocatur autem Templum intermedium duorum Quercetorum. Hoc Romulus constituit, ut quicunq; Reus illuc confugisset, liber esset.* Tiberius postea hanc *malefaciendi ansam ratus, irritum fecit. Asylum autem omnium primum Herculis nepotes constituisse dicuntur. &c.* Quæ etiam Alex. ab Alex. gen. dier. lib. 1. p. 21. & lib. 4. c. 12. *p.* 212. *b.* confirmat. Ac celebrabatur loc asyli 4. Nō. Februa.
De illo ipso fine instituti à Romulo Asyli D. 4.

August.lib.1.de Civit.Dei.c.34.p.60. *Romulus & Remus,*inquit,*asylū cōstituisse perhibentur,quò quisquis confugeret, ab omni noxâ liber esset, augere quarentes creandæ multitudinem civitatis. Mirandum in honorem Christi præcessit exemplū. Hoc constituerunt eversores urbis, quod instituerunt antea conditores. Quid autem magnum,si hoc fecerunt illi ut civium suorum numerus suppleretur,quod fecerunt isti, ut suorum hostium numerositas servaretur? Hæc talia, si qua uberius & commodius potuerit,respondeat inimicis suis redempta familia*
5. *D.N.I.C.& peregrina civitas Regis Christi.* * Notetur hic præceptum Politicū de incremento Reip. concessione nimirum immunitatum. Nā sæpissimè, rincipes ingeniosos homines præmiorum magnitudine ac immunitatum illecebris ad se pertrahunt: sive ad finitimos Principes debilitandos, sive ad suos cives erudiendos, sive ad opes & copias cogendas; sive ad immortalem gloriam, quam sese adepturos sperant, si oppida à se fundata civium multitudine ac rerum omnium abundantia reddant clariora. Sic Theseus peregrinis omnibus propositâ civitate Atheniensium urbem totius Græciæ clarissimam effecit. Plutarch. in Theseo. Sic Alexander M. urbem ad ostia Nili conditam, quam *Alexandriam appellavit* propositis præmiis omnium Ægypti urbium amplissimam & mercaturâ quæstuosissimam reliquit. Ioseph. lib.3. bell. Iudaic. Sic Ludovi

vicus xi. Rex Galliar. iura civium Burde-
lensium quæ maxima sunt, peregrinis omni-
s, præterquam Anglis proposuit, mense
bruar. Anno 1475. modò in Civitate sedes
nstituissent, quæ privilegia describit Nicol.
ër. dec. 13. Sic Franciscus maior urbis illius,
æ est ad ostia Sequanæ creator, quam Haure
Grace, id est, *Portum Gratiæ* appellant, pro-
sita tributorum immunitate iis omnibus
eam incolerent, brevi populosissimam
didit. Londinum verò nec tantis opibus,
tantâ multitudine civium abundaret, nisi
chardus Rex Angliæ omnes immunitates
bus tributas peregrinis proposuisset; qui
dò decem annos urbem incoluissent, si fi-
Bodin. lib. 1. de rep. c. 6. p. 77. Easdem im-
nitates nostrâ memoriâ in extructione pro-
gnaculi & novæ urbis Manheimiæ inter
enum & Nicrum, omnibus passim ibi la-
fortunarum suarum constituere volenti-
largitus est Fridericus IV. Elector Palati-
; ut & incolis Freydenstadiensibus Duces
ürtenbergici. Plura ex historia cùm anti-
, tùm recenti exempla in promptu haberem,
vela contrahenda, atque progrediendum
i esset. videat qui volet Iustin. Epit. lib. 38.
21. lib. 1. lib. 11. Curtium lib. 6. Sueton.
laud. c. 25. Phil. Comin. lib. 8. Comm. & li.
bell. Neap. Esdræ lib. 3. c. 8. Schönborn.
. pol. c. 5. p. 11. & lib. 4. pol. cap. 23. * Tertiò 6.
eratores asyla iure optimo, tanquam, ut

Tertullianus loquitur, à DEO secundi, ap
ruerunt. Hinc Arcadii, Honorii, Theodos
Valentiniani, Martiani, Leonis & Iustinia
Impp. Constitutiones in Corpus Iuris nost
quod vocant, relatæ, quibus ius asylorum,
mnibus, ad Ecclesias confugientibus, *excep
nonnullis criminibus (quorum atrocitas veni
haudquaquam meretur)* indultum est. Ita Carol
M. cõstituit: *Si quis ad Ecclesiã confugiũ fecerit,
ipso atrio Ecclesiæ pacem habeat, nec sit necesse
clesiam ingredi: & nullus inde per vim eum ext
here præsumat: sed liceat ibi confiteri quid fecit,
inde per manus bonorum hominum ad discussion
in publicum perducatur*, ut est in L. C. Longob
dorum & in Capitularibus Caroli Mag
tit. de iis, quæ ad L. de Clericorum occis. l
tuuntur, referent P. Greg. lib. 33. synt. iur.
7. c. 21. nu. 7. * Proximi sunt REGES. Per
apud Hierocæsarienses Dianæ delubrum R
ge Cyro dicatum. Tacit. 3. ann. p. 324. Sard
ni Alexãdri Victoris dono: Milesii Dario r
nituntur. idem p. seq. De Demetrio Rege n
ratur 1. Maccab. 10. v. 43. *quòd Iudæis rescripse
ut quicunq; confugerint in templum, quod est Hi
solymis, & in omnibus finibus eius, obnoxii reg
omni negotio dimitterentur, & universa quæ
eis in regno suo libera haberent.* Eduardus II.
glorũ Rex, legẽ sancivit, quæ hodiè servat
*ut quoties quis delicti Reus ad templum confuge
in perpetuum exilium eat intra 40. dies & 12.
ras* (eo enim temporis spatio se æstus Oce
ex alto incitat) *nec aliam pœnam patitur, exce*

od usq; ad littus crucem manu gestat, veluti signũ rvatæ per religionem vitæ, ut ex Polydor. Virил. l.1. hist. Angl. in Henrico refert d. P. Greor. Dongardus Scotorum Rex loca omnia hristo sacra per universas Scotiæ regiones, yla effecit, & ad ea confugientes, servos fugivos, sontes, quovis crimine reos, nè iudicium bire publicâ cogerētur auctoritate, dum ilc se cōtinerent, regio vetuit edicto. H. Boëth. b.18.* DVCEM quoque Ferrariæ, Herculem stensem lego asylum in Vrbe constituisse aud Franciscum Scott. Itin. Ital. *p.*317. de cuius rivilegio vid. gl. in l. quis sit fugitivus. §. Item Cælius scribit in verbo, adduci & ibi art. Bald. & Cæpoll. ff. de ædil. ed. Nicol. oër. decis. 29. n 7. 8.
*Præterea Duces belli & ctatores perfugia instituerunt. Quod disco x Tacito 3. annal. *p.* 324. qui: *Proximo*, inuit, *Magnetes, L. Scipionis, & L. Syllæ constitutis tebantur: quorum ille Antiocho, hic Mithridate ulsis, fidem atque virtutem Magnetum decoravē, uti Dianæ Leucophryenæ perfugium inviolabile ret. Aphrodienses posthac & Stratonicenses Diatoris Cæsaris ob vetusta in partes merita, & reens D. Augusti decretum attulere, laudati quod arthorum, irruptionem nihil mutatâ in Populum omanum constantiâ pertulissent.* 9.
* Postremo lo- 10
o pono Pontifices, ceu fuerunt Papa Nicoaus, Papa Ioannes VIII. Gelasius, Lucius III. nnocentius III. & Gregorius IX. Bonifacius V. quorum rescripta hinc inde c.17. q.4. & sub

1. C. Ritt. in part. feud. q. 6. l. 2. c. 10. q. 6. v. 31. Nō accipitote pretium.) Severa hæc est Dei iustissimi præceptio, quæ toties iteratur. *Exod. 21.
14. v. 12. *Morte*, inquit, *moriatur*. Quam phrasin Hebraicam ita nervosè explicat Philo lib. de profug. p. 633. *Cum scirem* (ait) *Leges nullo uti verbo supervacaneo, qualia per nimiam loquacitatem excidunt*, (de brevitate legis vid. Senec. ep. 93. Con. Rittersh. in Breviar. sive synops. Pād. c. 6. de LL. partibus ac virtutibus.) *hæsitavi intra me ipsum, cur homicidam voluntarium non modò mori pronuntiet, sed morte mori. Quid enim aliud morientes quàm mors enecat? adita igitur muliere sapiente, cui nomen Disceptatio, desii quærere. Ea respondit, malos etiamsi ad extremum pertingant senium, esse mortuos: quod virtuti non vivant. probos verò etiamsi disiungantur à corpore, sortitos immortalitatem in sempiternum vivere.* Sententiā *hanc confirmabat per oracula. Vnum erat hoc: Qui adhæretis Domino Deo, vivitis omnes hodiè &c.*
15. *Deuter. 19. v. 13. DEVS itidem prohibet: *Non*
16. *misceraberis eius. &c.* Hinc piè Bodin. lib. 1. de Rep. p. 217. *Egò verò nec Principibus ullis, nec mortalium cuiquam veniam largiri licere statuo, si scelus divinâ lege capitale fuerit. At siquidem Iudex infamiam contrahit capitalem, qui privatos legibus civilibus, quæ paulo momento mutabiles sunt, solvit: Quis parricidam ac incestibus omnibus delibutum hominem legibus divinis iure solvi posse confidat? Quod si ne Principi quidem fas est, quod alterius vel minimum intersit, aut iniuriam alteri illatam*

tam

tam condonare. Quonam modo contumeliam DEO *illatam, aut parricidium consultò perpetratum, quod lege divinâ capitale est, dissimulare poterit?* Allegat Bodin. l. servos. 8. §. 2. C. de vi publ. l. 1. C. de priv. carcer. l. 2. C. de commerc. l. nulli. C. ne SS. Bapt. l. 1. C. de desert. cumque eo facit Petr. Heig. QQ. Iur. civ. & Sax. 24. n. 42. ubi allegat plurimos Dd.* Quemadmodum autem 17.
hoc versu DEVS dehortatur Iudices, ne sordibus corrupti leviorem homicidis pęnam capitali statuant; ita seq. v. 32. prohibet, ne muneribus cuiquam reditum in patriam liceat impetrare ante obitum summi sacerdotis. Ita enim versio Germanica explicat τὸ; nullo modo reverti poterunt: Vnd solt kein versühnung neme̅ vber dem/ der zur Freyen Statt geflohen ist/ das Er wieder komme zu wohnen in dem Land biß der Priester sterbe. *Extendit nonnihil hanc con- 18.
stitutionem Dei Athanasius in Apolog. de fugâ suâ, cuius verba ex Breviario Pauli V. edit. Rom. ann. 1613. hîc refero: *In lege, inquit, praeceptum erat, ut constituerentur civitates refugiorum, ut qui quomodocunque ad necem quaererentur, servari possent. In consummationem porrò seculorum, cùm advenisset illud ipsum Verbum Patris, quod Moysi antè locutum fuerat, rursus hoc praeceptum dedit: Cum vos, inquiens, persecuti fuerint. Item cum videritis abominationem. &c.** Quem lo- 19.
cum oppono Covarruviae, lib. 2. var. res. c. 20. n. 1. vers. Secunda concl. quod Immunitas, scribit, Ecclesiarum iure divino, quod ut Lex di-

vina in Ecclesia Christi custodiendum est, minimè statuitur. Leges etenim Veteris Testamenti adventu Christi exspirarunt. cap. translato. de constit. Et ideo quamvis L. Mosaica ab altari nullus ad punitionem criminis evellendus esset; non deducitur ex eo hanc immunitatem divina lege sancitam apud Ecclesiam esse. Lege verò Evangelica non est hæc immunitas statuta, quemadmodum ex sacris Evangeliis apparet, & ratione probatur, quia à Christo Iesu nulla lex instituta fuit, præter naturalis iuris præcepta, nisi de his, quæ ad sacramenta & articulos fidei pertinent omninò. Si istæc immunitas iuris naturalis non est, nec ad sacramenta, nec ad articulos fidei attinet. Ergo non est de Iure Evangelico instituta. Sed de hac quæstione plura inf. vid. Io. Ign. in l. 1. in pr.
20. ff. ad SC. Silan. n. 26. & seqq. * Ethnici quoque, simiæ Christianorum, asylorum quorundam institutionem ad Oracula & deos suos fictitios retulerunt. Ita enim Tacitus 3. annal. p. 323. ubi de nemore Deorum monitu sacrato: *Primi*, inquit, *omnium Ephesii adiêre memorantes, non ut vulgus crederet, Dianam atque Apollinem Delo genitos esse apud se Cenchrium amnem, lucum Ortygiam, ubi Latonam partu gravidam & oleæ, quæ tum etiam maneat, annisam, edidisse ea numina: deorumq́ monitu sacratum nemus.* Et paulò post: *Smyrnæos ait, Oraculum Apollinis, cuius imperio Stratonicidi Veneri templum dicaverint: Tenios eiusdem carmen referre, quo sacrare Neptuni*

effig

effigiem ædemq; iussi sint. Sic Romulus asylo suo auctoritatem Pythiæ oraculo conciliavit. Neque alieni sunt versus Statii lib. 12. Theb.

-- ipsos nam credere dignum
Cælicolas, tellus quibus hospita semper Athenæ,
Ceu leges, hominumq; novum ritusq; sacrorum,
Seminaq; in varias hinc descendentia terras,
Sic sacrasse loco commune animantibus ægris
Confugium, unde procul starent iræq; minæq;,
Regnaq;, & à iustis fortuna recederet aris.
Iam tunc innumeræ norant altaria gentes,
Huc victi bellis, patriaq; à sede fugati,
Regnorumq; inopes, scelerumq; errore nocentes.
Conveniunt, pacemq; rogant.

CAP. V. EIUSDEM CUM priori argumenti.

SUMMARIA.

1. II. CONDITORES VRBIVM *Asyla aperuerunt.*
2. *Historicorum Quorundam* ἐναντιοφανὲς *dilutum.*
3. *Situs Asyli Romuli.*
4. *Finis eius.*
5. *Præceptum Politicum, de concessione immunitatum.*
6. III. IMPERATORES *authores asylorum.*
7. IV. REGES.

8. *V. DVCES.*
9. *VI. DVCES BELLI ET DICTATORES.*
10. *VII. PONTIFICES.*
11. *VIII. CONCILIA tractarunt causas Profugorum.*
12. *Veteres quidam celebres fundatores Asylorum*

1\. SECUNDO Conditores Vrbium asyla aperuerunt; quo faciliùs civitatem incolis implerent. Sic Cadmum cùm Thebas conderet, primum ferunt asylum instituisse: quò perfugientes sive servi, sive liberi, ab omni pœna tuti essent, indeque per vim extrahi non possent. Quamquam Servius Herculis prognatis asyli primordium sive inventum adscribat; adducens eum Statii locum Thebaid. 12.

Fama est defessos acie post busta paterni
Numinis Herculeos sedem fundasse nepotes.

Romulus & Remus urbe primùm fundatâ, templum perfugis securitatem præbens Asylum constituerunt Dei asylæi; quasi è cuius templo abripere quenquam nefas esset, dictũ, & omnes ad se receperunt: ita ut neque dominis servos, neque nexum æris alieni caussã creditori, neque homicidas magistratui dederent. Plutar. in Romulo *p.* 41. Et L. Florus lib. 1. c. 1. p. 5. *Erat in proximo lucus, hunc asylum fecit, & statim mira vis hominum, Latini Thuscíq; pastores, quidam & trãsmarini Phryges, qui sub AEneâ:*

Arcad

*Arcades, qui sub Evandro Duce influxerant. Ita ex variis quasi elementis congregavit corpus unum, populumq; Romanum ipse fecit.** In eo videntur 2.
differre historici, quod alter Templum consecratum fuisse scribit, alter lucum. Ego verò existimo primùm Romanos in lucum se recepisse, utpote tum in summâ paupertate & paucitate constitutos: de quarum illa ICtus in §. pæna. I. de iniur. auctis nonnihil divitiis & numero civium, tum demùm templa ædificari cœpta, & pro lucis culta esse. Vel fieri potest, ut sacri loci spatium & lucum & templum occupaverit.* Porrò de situ huius asyli ita Pom- 3.
pon. Læt. de antiq. Rom. *Tarpeius mons dividitur in colles duos, in Capitolium & arcem. In medio erat vallis, in qua fuit asylum, ad quod confugientes tuti erant. Est autem asylum templum inviolabile: & ibi fuit templum Veiovis* &c. Ita quoque Io. Barth. Marliā. de antiquæ Romæ topogra. lib. 2. p. 615. *Asylum, id est: Misericordiæ templum in Capitolio fuit, ad lucum opacum, medium inter Capitolium & arcem, in valle constitutum. Vocatur autem Templum intermedium duorum Quercetorum. Hoc Romulus constituit, ut quicunq; Reus illuc confugisset, liber esset.* Tiberius postea hanc *malefaciendi ansam ratus, irritum fecit. Asylum autem omnium primum Herculis nepotes constituisse dicuntur. &c.* Quæ etiam Alex. ab Alex. gen. dier. lib. 1. p. 21. & lib. 4. c. 12. *p. 212. b.* confirmat. Ac celebrabatur loc asyli 4. Nō. Februa.
De illo ipso fine instituti à Romulo Asyli D. 4.

August.lib.1.de Civit.Dei.c.34.p.60. *Romulus & Remus*,inquit,*asylū cōstituisse perhibentur,quò quisquis confugeret, ab omni noxâ liber esset, augere quærentes creandæ multitudinem civitatis. Mirandum in honorem Christi præcessit exemplū. Hoc constituerunt eversores urbis, quod instituerunt antea conditores. Quid autem magnum,si hoc fecerunt illi,ut civium suorum numerus suppleretur,quod fecerunt isti, ut suorum hostium numerositas servaretur? Hæc talia, si qua uberius & commodius potuerit,respondeat inimicis suis redempta familia*
5. *D.N.I.C.& peregrina civitas Regis Christi.* * Notetur hic præceptum Politicū de incremento Reip.concessione nimirum immunitatum.Nā sæpissimè Principes ingeniosos homines præmiorum magnitudine ac immunitatum illecebris ad se pertrahunt:sive ad finitimos Principes debilitandos , sive ad suos cives erudiendos , sive ad opes & copias cogendas; sive ad immortalem gloriam , quam sese adepturos sperant, si oppida à se fundata civium multitudine ac rerum omnium abundantia reddant clariora.Sic Theseus peregrinis omnibus propositâ civitate Atheniensium urbem totius Græciæ clarissimam effecit. Plutarch. in Theseo. Sic Alexander M. urbem ad ostia Nili conditam , quam *Alexandriam appellavit* propositis præmiis omnium Ægypti urbium amplissimam & mercaturâ quæstuosissimam reliquit.Ioseph.lib.3.bell.Iudaic. Sic Ludovi

ovicus xi. Rex Galliar. iura civium Burde-
lensium quæ maxima sunt, peregrinis omni-
is, præterquam Anglis proposuit, mense
bruar. Anno 1475. modò in Civitate sedes
nstituissent, quæ privilegia describit Nicol.
ler. dec. 13. Sic Franciscus maior urbis illius,
æ est ad ostia Sequanæ creator, quam Haure
Grace, id est, *Portum Gratiæ* appellant, pro-
sita tributorum immunitate iis omnibus
i eam incolerent, brevi populosissimam
ddidit. Londinum verò nec tantis opibus,
tantâ multitudine civium abundaret, nisi
chardus Rex Angliæ omnes immunitates
ibus tributas peregrinis proposuisset, qui
dò decem annos urbem incoluissent, si fi-
Bodin. lib. 1. de rep. c. 6. p. 77. Easdem im-
nitates nostrâ memoriâ in extructione pro-
gnaculi & novæ urbis Manheimiæ inter
enum & Nicrum, omnibus passim ibi la-
fortunarum suarum constituere volenti-
largitus est Fridericus IV. Elector Palati-
ut & incolis Freydenstadiensibus Duces
urtenbergici. Plura ex historia cùm anti-
tû recenti exempla in promptu haberem,
vela contrahenda, atque progrediendum
i esset. videat qui volet Iustin. Epit. lib. 38.
21. lib. 1. lib. 11. Curtium lib. 6. Sueton.
laud. c. 25. Phil. Comin. lib. 8. Comm. & li.
bell. Neap. Esdræ lib. 3. c. 8. Schönborn.
t. pol. c. 5. p. 11. & lib. 4. pol. cap. 23. * Tertiò 6.
eratores asyla iure optimo, tanquam, ut

Tertullianus loquitur, à DEO secundi, ap
ruerunt. Hinc Arcadii, Honorii, Theodosi
Valentiniani, Martiani, Leonis & Iustinia
Impp. Constitutiones in Corpus Iuris nostr
quod vocant, relatæ, quibus ius asylorum,
mnibus, ad Ecclesias confugientibus, *excep*
nonnullis criminibus (quorum atrocitas venia
haudquaquam mereretur) indultum est. Ita Caroli
M. cõstituit: *Si quis ad Ecclesiã confugiũ fecerit,*
ipso atrio Ecclesiæ pacem habeat, nec sit necesse E
clesiam ingredi: & nullus inde per vim cum extr
here præsumat: sed liceat ibi confiteri quid fecit,
inde per manus bonorum hominum ad discußione
in publicum perducatur, ut est in L. C. Longoba
dorum & in Capitularibus Caroli Magi
tit. de iis, quæ ad L. de Clericorum occis. st
tuuntur, referente P. Greg. lib. 33. synt. iur. u
7. c. 21. nu. 7. * Proximi sunt REGES. Persi
apud Hierocæsarienses Dianæ delubrum R
ge Cyro dicatum. Tacit. 3. ann. *p.* 324. Sardi
ni Alexãdri Victoris dono: Milesii Dario re
nituntur. idem p. seq. De Demetrio Rege na
ratur 1. Maccab. 10. v. 43. *quòd Iudæis rescripser*
ut quicunq; confugerint in templum, quod est Hie
solymis, & in omnibus finibus eius, obnoxii regi
omni negotio dimitterentur, & universa quæ s
eis in regno suo libera haberent. Eduardus II. A
glorũ Rex, legẽ sancivit, quæ hodiè servat
ut quoties quis delicti Reus ad templum confuger
in perpetuum exilium eat intra 40. dies & 12.
ras (eo enim temporis spatio se æstus Ocea
ex alto incitat) *nec aliam pœnam patitur, excep*

quod usq; ad littus crucem manu gestat, veluti signũ servatæ per religionem vitæ, ut ex Polydor. Virgil. l. 1. hist. Angl. in Henrico refert d. P. Gregor. Dongardus Scotorum Rex loca omnia Christo sacra per universas Scotiæ regiones, asyla effecit; & ad ea confugientes, servos fugitivos, sontes, quovis crimine reos, nè iudicium subire publicâ cogerētur auctoritate, dum illic se cōtinerent, regio vetuit edicto. H. Boëth. lib. 18.* DVCEM quoque Ferrariæ, Herculem 8.
Estensem lego asylum in Vrbe constituisse apud Franciscum Scott. Itin. Ital. *p.* 317. de cuius privilegio vid. gl. in l. quis sit fugitivus. §. Idem Cælius scribit in verbo , adduci & ibi Bart. Bald. & Cæpoll. ff. de ædil. ed. Nicol. Boër. decis. 29. n 7. *Præterea Duces belli & 9.
dictatores perfugia instituerunt. Quod disco ex Tacito 3. annal. *p.* 324. qui: *Proximo* , inquit, *Magnetes, L. Scipionis, & L. Syllæ constitutis nitebantur: quorum ille Antiocho, hic Mithridate pulsis, fidem atque virtutem Magnetum decoravêre, uti Dianæ Leucophryenæ perfugium inviolabile foret. Aphrodienses posthac & Stratonicenses Dictatoris Cæsaris ob vetusta in partes merita, & recens D. Augusti decretum attulere , laudati quod Parthorum, irruptionem nihil mutatâ in Populum Romanum constantiâ, pertulißent.* * Postremo lo- 10.
co pono Pontifices , ceu fuerunt Papa Nicolaus, Papa Ioannes VIII. Gelasius, Lucius III. Innocentius III. & Gregorius IX. Bonifacius V. quorum rescripta hinc inde c. 17. q. 4. & sub

titt. de immun. Eccles. referuntur, atque à n
bis convenientibus locis allegabuntur. de p
stremo vid. Volat. lib. 22. Anthrop. & Plati
Item Albertum Cranztium. lib. 2. metrop. S
xon. Ac notat Petr. Sarpus de Iur. Asyl. c. 1.
19. usque ad annum DCCCI. etiam post inc
natum Occidentis Imperium, Ecclesiaru
immunitatem nullibi, nisi Laicorum Prin
11. pum legibus innixam fuisse. * In Conciliis
tiam caussæ confugorum agitatæ fuerunt,
in Concilio Moguntinensi, Herdensi, Trib
riensi, Toletano, Aurelianensi, Arausicano.
eos qui. dist. 87. vid. Io. Ign. ad l. 1. ff. de SC. S
12. lan. n. 34. * Apud veteres præter eos, quos s
prà nominavi, celebres reperiuntur asyloru
auctores, Aërias, eiusq; filius Amathus, Te
cer Telamonis filius, ut videre est apud Ta
tum 3. ann. p. 324.

CAP. VI. QVÆ PERSON
ET EX QUIBUS CAUS-
sis Iure asylias gaudere possint, vel inde arceantur.

SVMMARIA.

1. *In personis quæ gaudent Asylia, non est* προ*σωποληψία.*
2. *IVDAEI utrum hodie possint confugere a Ecclesiam.*

3 *A*

24. *Decoctores distinguuntur ab Obæratis sine sua culpa.*

25. *Monachi qui favent debitoribus confugis pro ipsis solvere debent.*

1. DEVS Numer. 35. v. 15. bono & filiorum Israel & advenarum atque peregrinorum *civitates refugii* proposuit. Neque Iure civili quoad receptionem distinguitur cuius conditionis sint Transfugæ, liberi an servi, aut coloni, vel adscriptitii, familiares, sive liberti, & huiusmodi personæ domesticæ vel conditioni subditæ. l. 6. in pr. & §. 5. C. de his qui ad Ecclesi. Quemadmodum neque *apud DEVM distinctio est liberi & servi, & personarum acceptio non est apud eum* Ephes. 6. v. 9. Rom. 2. v. 11. Galat. 2. v. 6. Coloss. 3. v. 25. 1. Pet. 1. v. 17. *Omnes*, inquit Imp. Novell. 5. c. 2. *similiter divina suscepit gratia, prædicans palàm quia quantum ad Dei cultū nō est masculus neq; femina neq; liber neq; servus. Omnes*
2. *enim in Christo unam mercedem suscipiunt.* * Aditus etiam ad asyla patet Iudæis: ita tamen ut si in reatu aliquo fuerint, prius demonstrentur purgati per innocentiam verè, scilicet non per dissimulationem volentes converti ad fidem: vel si confugerint, ut evitent creditores & pondera debitorum, non antè suscipiuntur, quàm debita universa reddiderint. l. 1. C. de his qui ad Eccl. & ibi Azo. in sum. Bart. in l. 1. C. d. t. Oldrad. cons. 54. incip. An fugiens ad Ecclesi. n.

3. Ca

3. Canonistæ & inter illos Panormit. n. 6. in c. inter. de immun. Eccles. Iul. tamen Clarus lib. 5. sent. §. fi. q. 30. n. 17. veriorem & magis communem ait negativam, quod Iudæi non gaudeant immunitate. Non enim debemus, inquit, erga Iudæos, perfidissimos Cristiani nominis hostes aliqua humanitate uti. Petr. Sarp. de Iur. asyl. c. 5. p. 59. *His vicina est quæstio: 3.
An Iudæus recens baptizatus per suam ad Christianismum conversionem debeat consequi impunitatem criminum ante conversionem perpetratorum? quâ de vid. Eberh. Spekhan cl. 1. cent. 2. q. 17. ubi concludit: *Si quidem Iudæus verè pænitentiâ ductus, antequam de criminibus ipsius constet, aut diffamatio facta sit, serio atq; ex animo conversus petierit baptismum, posse ei in honorem Christianismi, & quo plures ad eum alliciantur, anteriora delicta condonari: dum tamen ablata restituat parti læsæ, & damnum emendet, ac de eo satisfaciat. Secus autem fieri debere, si dolo malo & fraudulenter, solo metu pænæ Iudæus baptismi candidatus fuerit factus ac sola intentione, ut eludat supplicium, & impunitatem hac ratione consequatur.* *In simili, si servus pro furto forsan, 4.
aut vitâ malignâ, aut vitiis pessimis fugerit quidem, propter suum vitium ad monasterium autem venerit: & siquidem verax ostendatur & apparuerit propter eiusmodi causam monachicam simulans conversationem, aut propter turpitudinem vitæ forte diffugiens, & non pro veritate sanctimoniæ habitum concupiscens, is redditur domino, cum re-

bus, quas abripuit, si modò in monasterio fuerit. d.
Nov. 5. c. 2. v. si quis igitur. Eiusdemque argu-
5. menti est Nov. Leon. 10. * De Excommunica-
to, an ab Ecclesiâ extrahi possit, dubium est,
qui cùm sit extra Ecclesiam numero & merito,
magis peccavit, quàm Iudæus in eodem gene-
re peccati: quia satius est, viam veritatis non
agnoscere, quàm post agnitionem retroire.
Addit. ad summ. Azon. de his qui conf. Ho-
stiens. in summ. de imm. Eccl. n. 9. v. quid ergo
Nic. Boer. verò dec. 310. n. 7. dicit cōmunē esse,
quòd debeat gaudere. vid. Covarr. lib. 2. var.
res. c. 20. n. 21. Iul. Clar. rec. sent. lib. 5. n. 18. ubi
ait: licet ea conclusio in puncto iuris non trās-
eat sine difficultate: tamen propter honorem
Dei nō esse ab ea in practica recedēdum. Quid
de Interdictis statuēdum? vid. Hostiens. d. n. 9.
6. in pr. * Ius asyli & perfugii commune etiam
est & patet non tantùm Orthodoxis, sed etiam
errantibus. Giphan. in Oecon. Cod. p. 18. M.SS.
7. * Non verò Hæreticis. Panormit. ad c. inter a-
lia. n. 21. Covarruv. lib. 2. var. resol. cap. 20. n. 13.
in fi. Multò minus Infidelibus. Pet. Sarp. de
Iur. asyl. c. 5. in fi. Neque Apostatis, qui omni-
bus favoribus & defensionibus Ecclesiæ Ca-
8. tholicæ destituuntur. l. 3. C. de apostat. **Præterea*
*repelluntur illi, qui impunitatem suorum ex-
cessuum per defensionem Ecclesiæ obtinere
sperantes, homicidia & mutilationes mem-
brorum in ipsis Ecclesiis, vel earum cœmite-
riis committere non verentur. Nam in eo, in
quo

quo delinquit, puniri quis debet; & *frustrà legis auxilium invocat, qui committit in legem.* cap. ult. ex. de immun. Eccles. Covarr. d. loco. n. 15. ubi textum ampliat in eo, qui in Ecclesia crimen aliquod commiserit etiam sine spe, & absque fiducia consequendæ immunitatis; item quod non tantùm extrahendus sit ab illa Ecclesia, in qua deliquit, sed & à quacunque alia. Perinde etiam extrahendum esse ait illum, qui prope Ecclesiam ex proposito delictum commiserit ita deliberatè, ut colligi possit, eum spe Ecclesiasticæ immunitatis deliquisse. Consule Iul. Clar. d. lib. 5. sent. §. fi. q. 30. n. 15. Sächsisch Land recht lib. 2. art. 10. Wer den friede bricht in gebunden tagen / den beschirmen die gebunden tage nicht: Also thut auch die Kirche noch der Kirchoff an der that / dem der darinne was ubels thut. * Item qui aliquem de Ecclesia violen- 9.
ter rapuerint. c. Frater. 17. q. Qui Ecclesias violaverint. c. ad episcopos. d. c. & q. Clerici, qui servos aut discipulos suos fugientes ad Ecclesiam extrahere audent, vel flagellare præsumunt. c. nullus. 19. 17. q. 4. *Homicidæ vo- 10.
luntarii. Nov. 17. c. 7. Et in LL. capitularibus Caroli M. c. 8. Homicidæ, cæteriq; rei, qui per leges mori debēt, ad Ecclesiā confugientes non excusantur, nec permittitur eisdem ibidem victum præbere. Boni ad hanc rem sunt versus Ovid. Metam. 5. de Persei Phineique pugna.

--stratis dum deniq; Perseus
Exiliit, teloq; ferox inimica remisso.

Pectora rupiſſet, niſi poſt altaria Phineus
Iſſet: & indignum! ſcelerato profuit ara.

Et gravis ſententia Philon. Iud. l. de ſpecial. LL. *Homicidæ*, inquit, *cenſendi ſunt, non ſolum qui interimunt, ſed etiam, qui nihil non conantur clamq; palamq; ut interficiant, etiamſi non perpetraverint facinus. Quod ſi præ metu vel audacia vitiis contrariis in templum irrumpere tentaverint, impunitatis inveniendæ gratia, prohibendi ſunt: ſin autem iam ſurrepſerunt, dedendi ſunt ad ſuppliciũ, cum hoc præconio. Hominibus nefariis in fano ius aſyli non deberi: Nam quiſquis malum dat incurabile, inimicus eſt Deo. Homicida autem lædit immedicabiliter, quia occiſus nõ poteſt in integrum reſtitui: pollutos verò ineluibili ſcelere, abolendo nulla mora temporis, dignabimur aditũ ſacrarum ædium, quos nec privata quidem domus honeſti viri & ſanctitatem amantis admitteret.* Alias Dd. diſtinguere ſolent inter homicidium proditorium, & cum qualitate animi deliberati commiſſum: ut huius Reus debeat gaudere: illius minimè, ut latius videre eſt apud Iul. Clar. d. loco. n. 11. & 12. & diſtinctè de Aſſaſſinio, de proditorio & voluntario homicidio agit P. Sarp. de Iur.
31. Aſyl. c. 5 p. 47. 48. & ſeq. * In eodem catalogo ſunt. Adulteri. Nov. 117. c. fi. Exemplum adulteræ confugæ eſt apud Caſſiod. lib. 2. variar. 11. p. 87. de Agapitâ coniuge Baſilii, viri ſpectabilis, qui datis precibus Theodorico Regi intimavit, eam de propriis penatibus à quibuſdã vitio ſollicitationis abductam, dum ſexus ille

femineus ad mutabilitatis vitia patet. Proinde rescidit Rex donationem casæ Arecinatinæ, quam cùm in sacrosanctæ Ecclesiæ septa refugisset, Provino. V.I. Patricio, ignorante marito contulerat.* Virginumque raptores. Nov. 12
17. c.7. cum quo iunge Nov. 37. Costantinus Nou. περὶ φονευόντων μετὰ ξίφους, ἡ τοῦ Μωζέως νομοθεσία ἐπιφαίνεται, τὸν ἀνδροφόνον ἐκ θυζιαστηρίου λήψῃ ἀλλὰ καὶ Ἰουστινιανοῦ, οὐκ ἔστιν ἀσυλίας τόπος μοιχοῖς, καὶ παρθένων ἅρπαξι καὶ φωρσὶ καὶ ἀνδροφόνοις. Iure tamen Canonico secus est, quo raptori mortis vel pænarum immunitate concessâ, aut ad serviendum subiectus est, aut redimendi se liberam habet facultatem. Hosties. de iur. imm. l.3. n.8. per c. de raptoribus 36. q. 1. à quo ut reliquis Canonistis dissentit Covarr. d. lib. 2. var. resol. c.20. n. 8. * Rei tributorum publi- 13.
corum. c.7. Nov. 17. Nec non Provinciales apparitores seu cohortales, qui fiscalia involant. Nov. 128. c.13. Ed. Iustin. 10. Item Publicus latro, vel nocturnus populator agrorum. c. inter alia, de immu. Eccles. c. sicut 17. q. 4. Quod communi consensu ad maritimos latrones atque piratas extenditur, nec non ad incendiarios. Petr. Sarp. de Iur. asyl c.5. p. 50. * Prohi-
bentur insuper Effractores carcerum. Vbi di- 14
stinguendus videtur carcer summi Principis, à carcere inferiorum: Quemadmodum VVesenb. statuit in π. ff. de effractor. & expil. ut illi tantùm crimen læsæ maiestatis incurrant, qui carcerem Summi Principis effringunt, & pro-

pterea ultimo supplicio afficiendi sint iuxta l. 1. ff. d. t. damnati iam à iudice, iam comprehensi, vel ab administris iudicii, vel aliis insecuti, ut comprehenderentur. Nic. Boër. decis. 110. n. 9. & 10. Io. Igne ad t. 1. n. 9. ff. de SC. Silan. Iul. Cl. d. q. 30. n. 19. ubi ait, veriorem & magis communem esse affirmativam. Damnati ad triremes si fugerint. Petr. Sarp. de Iur. asy. c. 5. p. 54.
15. *Blasphematores. d. dec. n. 1. & 2. Rei criminis læsæ Maiestatis. vid. Io. Ign. ad l. 1. nu. 42. & 57. ff. de SC. Silan. Vnde Theodora Iustiniani Imp. coniux, Ioannem Præf. Prætorio, cùm ad res novas moliendas & ad regnum invadendum adiecisset animum, eiusque molitiones sibi innotuissent, hacre communicata cum Antonina, Bellisarii fortissimi Ducis coniuge, insidias ei struxit. Vnde factum ut & caperetur, cùm in Ecclesiam sive monasterium quoddam suburbanum profugisset, & vinctus abduceretur in Ægyptū. C. Ritt. ex Procopio. proleg. Nov.
16. c. 2. p. 20. *Fures. P. Sarp. de Iur. as. c. 5. p. 51. Quos simplices distinguit Hostiensis de iur. immun. n. 9. à sacrilegis. Confer Covarruv. d. lib. 2. var. res. c. 20. n. 13. in fi. & num. 15. in fin. Iul. Clar. d. q. 30. numer. 12. ubi ait, licet in Ducatu Mediolanensi non observetur, ut extrahatur fures: bonum tamen esse hoc servare in locis, in quibus est copia furum. Nec non is qui electus est ad munera publica subeunda. Io. Ign. ad l. 1. n. 15. ff. de SC. Silan. qui ibid. n. 56. agit de reo criminis peculatus, & obligato ad ratioci

ratiocinia.*Et generaliter: Non delinquētibus 17.
parcere competit, sed patientibus, ut non talia à præsumptoribus patiantur. Deinde templorum cautela non nocentibus, sed læsis datur à lege, & non erit possibile utrumque tueri cautela sacrorum locorum, & lædentem & læsum, ut ait Imp. in d. c. 7. Nov. 17. *Neq; Romani ulli Deo unquam tribuerunt, ut criminis caussâ ad aram eius confugere liceret, teste* Dione. Et præclarè in hanc sententiam C. Cestius Senator disseruit apud Tacit. 3. ann. *A diis nisi iustas supplicum preces non audiri, neq; quenquam in Capitolium, aliave urbis templa perfugere, ut eo subsidio ad flagitia utatur.**Superioris autem textus generali- 18.
tate moti Legistæ, quos vocant, & allegat Boër. sæpè d. decis. 110. num. 1. voluerunt; pro quocunque maleficio quis ad Ecclesiam fugerit, quòd non debeat gaudere immunitate, autoritate gl. ad c. 11. d. Nov. 17. Angelus verò Aretinus in tr. de Malefic. in gl. fama publica, in 4. quæst. dicit, in omnibus criminibus atrocioribus Reum ab Ecclesiâ extrahi posse, secus in aliis non atrocioribus: Quod Bart. sequitur in cons. 169. inchoan. statutum civitatis Tuderti, & notandum dicit in practicâ, Petr. Sarp. de iur. Asyl. cap. 7. p. 55.* E cōtrario 19.
Canonistæ regulam posuerunt: Omnes fugiētes in Ecclesiam gaudere immunitate illius: adeoq; etiam homicidam voluntarium, exceptis tantummodò illis, quos exprimit c. inter alia. Ex. de immun. Eccl. Cuius sententiæ de-

fensores allegat Boër. d. decis. n. 3. ut Rationem Iuris Canonici reddit Panorm. ad d. c. inter alia. n. 21. Sed rectissimè propterea P. de Ferrar. in sua Pract. tit. de form. Inquis. *f.* 244. col. 1. v. ex iis potest. invehitur in Ius Canonicum, illud esse ad placitum & sine ratione factum, imò contra ius divinum. A personis, quæ in Asyla recipiuntur, vel non, priusquam abeam, operæ pretium fuerit subnectere Constitutionem Iuris Saxonici. Primùm Glossa Landrechts lib. 2. art. 10. n. 8. talis est: Hie soltu wissen das die Kirch vnd Kirchhof beschirmeit vnd freyen für dem gefenglichen angriff alle mißthätige leuthe/ ut c. quæsitum 13. q. 2. c. inter ea., ex. de imm. Eccles. & l. fideli. C. de his qui ad Eccles. conf. Doch werden davon außgenommen fünferley leuth/ die ersten seind die Juden. Die andern sind eigene Knecht/ welche sich mitt waffen vnd gewaltsamer hand wehren. l. 1. l. si servus C. de his qui ad Eccl. conf. & art. 66. in gl. n. 4. Die Dritten sind die Kirchenbrecher. Die Viertten sein Notzöger. die funften sein Oberhurer vnnd Ehebrecher. Nov. ut liceat. mat. & aviæ §. quia vero quædam mulieres. coll. 8. Clarius verò Weichbild. art. 9. n. 15. & seq. Vmb solche sach ist auch zuvernehmen/ wo man ein Kirchhof weihet/ das der in der weyhung begriffen wird mitt Gottes Frid/ das wer auff den Kirchhoff kompt den beschirmet der Kirchoff/ als ferr als er den fried auff den Kichhof noch in der Kirchen nicht gebrochen hab/ ut Landrecht lib. 2. art. 10. vers.

Wer den fried bricht. Dan die heiligkeit vnd würdigkeit beschirmet den Misselheter nit vor die Missethat/ die er thut an derselben statt. l. fideli. C. qui ad Eccl. confug. Denn er hatt den fried gebrochen/ der der statt gegeben ward/ vnd darumb hatt er keinen fried darinnen. Doch solt ihr wissen/ die Kirch vnd der Kirchhoff beschirmen alle Missethäter/ ob sie die missethaten in der Kirchen oder auff dem Kirchhoff nit begangen haben/ als wir dann hievor gesprochen haben. Jedoch so sind fünff Sachen/ darumb man wol einen auß der Kirchen/ oder von dem Kirchhoff/ oder auß den Klöstern nemen mag. Zu dem Ersten/ flühe ein Jud zu der Kirchen/ dz er ein Christ wolt werden/ den beschirmete die Kirche nicht/ so er ein Missethat gethan hett/ auch sonderlich ob sich der Jud mit gewapneter Hand wehrte. Dann die Juden sollen keine Waffen führen/ ut Landr. lib. 3. art. 2. Die andern/ die auch in der Kirch/ noch auff d. m Kirchhoff/ noch in keiner heyligen Statt Fried haben sollen/ das sind eygene Knecht/ so sich die auch mit Waffen wehren/ ut l. si servus. C. de his qui ad Eccl. Die dritten sind Kirchenbrecher/ die mag man auß der Kirchen vnd auß den Heyligen Stätten nemen/ als vor gesprochen ist. Die vierten das sind Notzöger. Die fünfften das sind Oberhurer/ vnd dergleichen/ das sind die Ehliche Weiber haben/ vnnd dannoch ander Ehlich Weiber oder Kloster Junngfrawen Notzögen/ ut in Auth. Vt lic. mat. & aviæ. §. qui verò. coll. 8. Personis denique variis suprà enumeratis

subiiciendi sunt ex sententia Petri Sarpi de Iur. Asylorum. c. 5. p. 52. Monetarii, tum quia perduellionis est species, tùm etiam quia sunt publici fures, qui quod in eis est, humanam societatem destruunt, cunctosq; sine discrimine expilant. Primaria verò causa, ob quam DEVS asyla instituit, erat, ut eò se reciperent ii, *qui nolentes interfecissent proximum, nec ante biduũ*
21. *triduumvé inimicitias cum eo aluißent.* * Verùm extra caussam homicidii Adoniam fratrem Salomonis cornua altaris arripuisse docet historia 3. Reg. v. 51. & seq. Demetrius quoque Rex quibuscunque confugis asyla concessit, d. lib.
22. 1. Macch. 10. v. 43. *De obæratis Plut. in Romul. nexum æris alieni caussa creditori dederet &c. Neque extra scopum Val. Max. lib. 9. c. 7. p. 575. Creditorum consternatio adversum Sempronii Asellionis Prætoris urbani caput intolerabili modo exarsit; quem, quia causam debitorum susceperat, concitati à L. Cassio Trib. pl. pro æde Concordiæ sacrificium facientem, ab ipsis altaribus fugere extra forum coactum, inque tabernulâ latitantem prætextatum discerpserunt. Cornel. Tacit. 3. ann. Eodem subsidio obærati adversum creditores. &c. Impp. in l. 1. C. de his qui ad Eccl. ibi: pondera debitorum: & debita universa. l. 6. præsenti lege. §. 3. ibi: publico privatové contractu, & §. 4. in fin. publica debita privataque solvantur. Hodieq; nihil frequentius est in conturbatoribus sive bãcoruptoribus, qui bonis suis luxu plerunq;
de perd

deperditi, graviq; apud viros bonos ære contracto, ad incitas redacti, finitimorum Principum tutelæ sese subiiciunt, ut carceris pœnas, vel corporales cruciatus effugiant, & rationes ineant cum creditoribus suis, de parte debiti recipienda, vel ab Imperatore impetrent dilationem anni, biennii, vel quinquennii, vulgò Eysernebrieff / Anstandsbrief / vnd *Quinquennel* Græcè, ἀνακωχὴν & ὑπερημερίαν: de quibus Giphan.tr. de Iudi. c. de cess. bon. p. 78. mss. Refert Bodin. lib. 3. de Rep. c. 6. *p.* 429. Henricum II. Regem Francorum per legatos à S.P.Q. Genevate petiisse, ut Baptistam Diodatum, Italum hominem, reum peculatus sibi redderent: rogatos sæpius denegasse: tandem Regem questũ esse apud Bernates, se adversus S.P.Q. Genevatem, qui tunc erat in patrocinio Bernatum, iure *Clarigationis* (repressaliorum vulgò) usurum. Bernates ex templo fecialem ad Genevates misisse, ut fugitivum Regi redderent: sic tã dem publicæ pecuniæ depeculatorem à Genevatibus desertum esse, nè vel potentissimi Regis, vel etiam Helvetiorum inimicitias in se excitarent, vel furibus ac sceleratis hominibus asylum aperire viderentur. *Et in specie de 23. Bancâfallitis tradit Nic. Boër. decis. 215. nu. 7. Quod quemadmodum mercatores falliti cessantes & fugitivi non debent habere beneficium cessionis bonorum, quod miserorum est subsidium, non præsidium dolosorum. Falliti autem sunt fraudatores, & faciles

ad mentiendum, ibid. n. 5. & 6. Quod Persarum apophtegma confirmat, qui dicere solent, esse duo peccata. quorum prius sit esse debitorem, alterum mentiri; quod obærati plerunque mētiuntur, dum pollicentur in diem, nec præstāt quod pollicentur. Ita neque habent beneficiū immunitatis Ecclesiasticæ, arg. §. publicorum verò tributorum. ibi: Quoniam fiscalium ratio Auth. de mand. Princ. Pet. Sarp. de Iur. asy-
24. lor. c. 5. p. 50. * Omninò autem distinguendi sunt decoctores ob aberatis sine suâ culpâ. Vbi enim locorum iustum est, ut is qui in universum ex accidenti, non supinâ negligentia res suas amisisse traditus esset, denuò per vim ad ignominiosam vitam transponatur, & ad quotidiani victus, neque non (ut licet conjicere) amictus corporis inopiam adigatur? ut ait Imp. Nov. 135. in pr. Iusta est ductoris ordinum excusatio apud Liv. li. 2. *Sabino bello se militantem, qui propter populationes, agri non fructu modò caruerit, sed villa incensa fuerit, direpta omnia, pecora abacta, tributum iniquum suo tempore imperatum, æs alienum fecisse, id cumulatum usuris, primò se agro paterno avitoq; exuisse, deinde fortunis aliis, veluti tabem, pervenisse ad corp⁹.* Quę latius exequitur Vir summus Henning. Arnisæus lib. 1. de Repub. c. 3. p. 168. n. 49. & seqq. latè etiam de quæstione nostra Covarr. d. lib. 2. var. resol. c. 20. n. 14. Extatque Constitutio Francisci I. Reg. Galliæ, anno 1539. art. 166. quâ similiter prohibentur immunitates Ecclesiarum pro

debitis

debitis aliisq; caussis civilibus, vel aliis, quib9 prehẽsio decreta est personæ. Sic. & Ioa. Lucius lib. 1. Placit. Cur tit. 2. plac. fin. *placuiſſe memorat ſenatui Pariſienſi, ob æs alienum nexui corporis & fortunarum obligatum, in loco ſacro comprehendi poſſe*. Pet. Greg. Synt. Iur. un. lib. 33. c. 22. n. 4. * Et Theodosius Imp. unâ cum filiis Arcadio & Honorio AA. sanxit, *ut debitores, qui ad Eccleſias confugerãt, illicò è latebris extraherentur, aut ſi quem clerici defendendum ſuſciperent, debitum pro eo ſolverent*. Cuius Constitutionis vigore D. Augustin. compulsus fuit dependere id, quod debebat quidam Fastius, propterea quod ipsum confugientem ad Ecclesiam texerat. vid. C. Theod. lib. 9. t. 49. de his qui ad Eccl. conf. Baron. Annal. to. 4. anno 392. Nic. Crass. in antiparæn. ad Card. Baron. pro Rep. Venet. p. 55. & seq. Sublata tamen est illa Constitutio Theodosii, ut videre est apud Cuiac. ad Nov. 17. Licet in causa tributorum pro debitoribus Oeconomi vel defensores Ecclesiæ teneantur, nisi eos exhibuerint. Nov. 17. & Edict. 13. Similisque lex Theodori refertur ab Henric. Bruningo IC. Bremens in disp. de statut. p. 148. Si quis in causa publici debiti ad Ecclesiam quamlibet convolaverit, Archidiaconus eum compellat egredi, ad edenda legis ratiocinia sua: aut si hoc facere noluerit, eius substantiam, quam ad Ecclesiam detulit, sine mora contradat: quod nisi fecerit, quanti interst utilitatis publicæ, archidiaconus cogatur 25.

exolvere. Concludendum ergo cum Oldrado cons. 54. Fugientem pro debito ad Ecclesiam debere inde extrahi, si secundum ius municipale debet incarcerari pro debito.

CAP. VII. QVALES TRANSfugæ se gerere debeant, cum in modo vivendi in locis sacris, tum si citentur, vel in ius vocentur.

SVMMARIA.

1. *Confugæ stabant ante portam, & causa ipsorum summariè examinabatur.*
2. *Plenaria cognitio causæ ubi fieri debeat Iure divino & Canonico.*
3. *Iuris Civilis ea de re sanctio.*
4. *Galliæ consuetudo.*
5. *Rei inermes ad asyla accedere debent.*
6. *Iidem ne exclament.*
7. *Vbi cibum capere & quieti indulgere debeant*
8. *Vnde alantur.*
9. *Distinctio inter causas confugii servorum.*
10. *Pœna domini, contra fidem datam servum lædentis.*
11. *Edictum Theodorici Regis de servis confugis.*
12. *Qui servis accenseantur,*
13. *In Liberorum hominum confugio quid observe*

servetur.

PRAECIPIT Lex divina, ut *Confugientes stent ante portam Civitatis, & loquantur Senioribus urbis illius ea, quae se comprobent innocentem, sicque suscipient eos, & dabunt eis locum ad habitandum:* Iosua. 20. v. 4. Quod de summariâ tantùm cognitione intelligendum: Nov. 17. c. 10. verb. cum examinatione in tempore mediocri. ubi gl. * Plenaria namque examinatio caussae fiebat in loco perpetrati homicidii, quod clarè demonstrant verba legis divinae, Nu. 35. v. 24. & seq. Quod si fortuitò, & absque odio, & inimicitiâ iis quicquam horum fecerit, & hoc audiente Populo fuerit comprobatum, atque inter Percussorem & Propinquum sanguinis quaestio ventilata: liberabitur innocens de ultoris manu, & reducetur per sententiam in urbem ad quam cõfugerat. [redacted] die Gemeine soll ihn wieder kommen lassen zu der freystatt / dahin er geflohen war. Perinde etiam fit ex Constit. Iuris Canonici in c. 5. ex. de imm. Eccl. *Cum Ecclesia*, inquit Capitulum, *DEI secundum Evangelicam ve-*

1. (right margin, beside "Praecipit")
2. (right margin, beside "Plena-")

ritatem domus orationis esse debeat, non spelunca latronum aut sanguinis forum: Seculares Iudices caussas, ubi de sanguinis effusione & corporali pæna agitur, in Ecclesiis vel cæmiteriis agitare, sub interminatione anathematis prohibemus. Absurdum enim est & crudele ibi iudicium sanguinis exerceri, ubi est tutela refugii constituta. Et in c. decet. ex. eod. in 6. *Omnis in Ecclesiis, earum cæmiteriis, secularium iudiciorum strepitus conquiescat, nulla inibi caussa per Laicos, criminalis maximè, agitetur, sint loca eadem à Laicorum cognitionibus aliena.* vid. Panorm. in d. c. cum Ecclesia. in pr. & nu. 4. ubi quærit de caussis civilibus; & distinguit n. seq. inter actus voluntariæ & contentiosæ iurisdictionis: quorum illi in Ecclesia peragi possint, non vero hi. Quærit etiam n. 9. An in Ecclesia possit quis Doctorari vel magistrari? Quod affirmat.

3. * De Iure civili ad religiosi Oeconomi sive defensoris Ecclesiæ solicitudinem curámq; respicit, ut singulorum intra Ecclesias confugientium personas caussasq; incessanter conquirant, deinde Iudices, vel eos, ad quos caussæ & personæ pertinent, instantius instruant, & æquitati convenientia diligentius exequantur. l. præsenti. 6. in fi. C. de iis, qui ad Eccles.

4. * In Gallia praxis est, quia plura sunt crimina, quæ non gaudent Ecclesiæ immunitate, & quæ defensa potius iniuriam religioni afferunt, quàm favorem merentur religionis, ut soleant delinquentes ad Ecclesias confugientes capi, salvo iure si redintegrari debeat, nempe quia post

captio-

captionem cognoscitur contra captum, primum an immunitate Ecclesiæ debeat gaudere: Et si pronuntietur debere gaudere, remittetur ad Ecclesiam. Si verò inventum sit, quòd non debeat eo privilegio uti; id ipsum etiam primùm pronuntiabitur per sententiam, & posteà fit ei processus. Sicque servatum tradit Rebuff. to. 1. comm. ad const. Reg. in prœm. n. 40. Et ita statuit faciendum Franciscus I. Rex eius nominis Galliarum, in constitutionibus publicatis ann. Dō. 1539. art 166. Quæ praxis & constitutio videtur expresse anteà sancita per Iustin. c. 6. Nov. 17. de mand. Princ. Et benè ad cautelam, ut cautione data Ecclesiæ, interim contineatur carcere Reus, ut non detur fugiendi occasio. Rebuff. in to. 2. const. Reg. tr. de immun. Eccl. P. Greg. lib. 13. de Rep. c. 23. n. 11. *Receptis 5.
itaque & dignis immunitate Ecclesiarum iudicatis, arma in quovis telo, ferro, vel specie minimè inferre licet, non solùm non in templa, vel ad altaria divina, sed nè in cellulas quidem, domus, hortulos, balnea, areas atq; porticus. Iureiurando enim datur Confugientibus fiducia, quod religionis nomine melius, quam armorum præsidio muniantur. De quo verò iureiurãdo hoc accipiendum sit explicat. Cuiac. in παρ. C. si adversf. vend. ex Balsamon. tit. 19. Nomocan. tit. 17. scilicet de iureiurando ex scripto, sive instrumento, non verò corporali, puta tactis sacrosanctis Evangeliis, vel manu sublata: ita enim iurare Episcopi vel clerici

vetantur.l.cum clericis.C. de Ep. & cler. Qui autem arma deponere nolunt, iure asylorum excidunt,& inde abstrahi possunt, l.3.§.2.& 3. C. de his qui ad Eccl. Ita & servus armatus confugiens ad Ecclesiam,protinus abstrahitur à Clericis, vel continuò domino, vel ei, unde eum tam furiosa formido proripuit, indicatur, eique mox abstrahendi copia non negatur.l.4. C.d.t.Secus si sine armis asylum petat.l.6.præsenti in pr.verb.Cuiuscunque conditionis.d.t. ubi gl. l.17.§.12.de æd.ed. In historiis tamen rarum non est præsidii caussâ ædem aliquam sacram armis occupare, eamq; munire. Quod firmo duplici testimonio Appian. Alex. lib. de bell.Pun.p.111.& lib.1.de bell.civ.p.365. Sic quandoque à Magistratibus præcipi videmus, armatum ad concionem venire, si nimirum metus sit,ne populo in Ecclesia sacris vacante, tumultus aliquis oriatur, vel in urbe, in qua præsertim diversarum religionum exercitium viget, vel prope urbem, ubi hostes vicini grassantur,& facilis est irruptio. Id agebant Hispani apud Sleidanum lib.21.comm. p.378. Qui cùm petierunt Constantiam, & Vberlingâ de nocte profecti, pars per sylvam iter fecerunt, ut prima luce, quo tempore concionem in tẽplis haberi sciebant, urbem invaderent. Quã ob rem Vlmenses ante aliquot annos nescio cui periculo expositi civibus suis iniunxerunt, ut gladiis cincti conventibus Sacris interessent. Idemque inclytum Reip. Argentinensis

nensis Senatum turbulentis hisce temporibus fecisse, in recenti memoria & ob oculos est. Et de maioribus nostris scribit Tacitus de morib. German. in p. 567. Eos nihil neque privatæ rei nisi armatos gessisse. Et de Gallis Livius lib. 21. Terribilis novaq; e species in Gallis visa est, quod armati (ita mos gentis) in concilium venerunt. Hinc Rupellæ etiamnunc moris est, ut quamdiu sacra celebrantur, Templum custodibus armatis cingatur, ne ab adversis Pontificiorum factionibus opprimantur. Quid moliti fuerint Parisienses contra Hugenotas, quos vocant, Charantonii, recentius est, quam ut hic exponi referrique debeat. Quod facinus DEVS eo ipso modo, quo perpetratum est, vindicavit. Nam cum Templum, quod concessione & immunitate Orthodoxi ibi Charantonii habent quarto circiter ab urbe lapide, igne impositio devastatum esset mense Septembri Anni superioris: paulò post sumptuosissimus pons, in quo ædes & tabernæ mercatorum rebus pretiosissimis instructissimæ ad utrumque eius latus rara imitatione superstructæ fuerunt, conflagravit, & tantæ opes vel in cineres redactæ, vel à Sequanæ verticibus absorptæ sunt. Idem etiam tempus habitæ concionis observaverunt Rechbergius, Thomas à Falckenstein cum complicibus, in occupando oppido Rheinfelden apud Seb. Munst. lib. 3. cosmog. c. 89. Subordinarunt enim quosdam ex sc. psis, qui sub vestitu peregrino transeun-

tes pontem venerunt ad telonarium, atque interim quo vectigal solverunt, applicuerunt duæ naves, quæ videbantur lignis onustæ, sed techna erat, quia sub lignis latuerunt plurimi viri armati, ad quorum egressum illi qui in põte erant, transfoderunt telonarium & aliquos cum eo existentes. Civibus autem in Ecclesia constitutis, hostes ingressi oppidum, facilè occuparunt illud. Cui periculo aliis in locis præveniri solet clausis portis, usque dum sacra sint
6. peracta. *Prætereà, Confugæ caveant, ne exclament, aliàs enim re sperata excident; & per præfectum eiecti castigabuntur, l. 8. in pr. C. d.t. Nam in sacrosanctis Ecclesiis & in aliis venerabilibus locis cum pace & quiete vota cõpetit celebrari. l. 5. C. d.t. quæ dehortatur eos, qui ius aliquod contra asyli iure tutos prætendunt, ab omni seditione & tumultu atque impetu, vel collectione multitudinis. Idemque præcipitur in c. decet domum ex. de immun. Eccles. in 6. *Decet, ut cuius in pace factus est locus, eius cultus sit cum debita veneratione pacificus: nullus in locis eisdem, in quibus cum pace ac quiete vota convenit celebrari, seditionem excitet, conclamationem moveat, impetumq; committat. Cessent in locis illis universitatum & societatum quarumlibet concilia, conciones & publica parlamenta. &c.* Covarr. d.c. 20. nu. 17. vers. tricesimo sexto. Ius Saxonicum de hoc articulo ita cavit: Furbaß so wisset wer zu der Kirch oder auf den Kirchhof/ oder in Kloster fleucht / der soll sich bewahren / dz durch

durch jhn kein Leibswehre da geschehe (das ist gewalt) weder an Morden / noch Blutvergiessen / noch an Lembden. l. denuntiamus. C. de his qui ad Eccles. conf. vnd diß ist auch zuvernehmen bey dem Kreuz. Gl. VVeichbild. art. 9. n. 16. *Adhæc 7.
nemini confugæ somnum intra templum, sive ipsum altare, vel cibum capere licet. Propterea enim tantam spatii latitudinem Imperatores Ecclesiis concesserunt, nè religio violetur, & reverentia loci sacri profanetur. l. 3. in fi. pr. & §. 3. d. t. Secus si fiat: præferenda humanitati religio est, & à divinis ad alia loca deturbanda temeritas. *Ceterum aluntur confugæ vel de 8.
iis, quæ de domo ipsorum, vel ab amicis mittuntur, gl. in l. 6. in pr. verb. *victualium*. vel expensis egentium ac pauperum, id est Clericorum d. l. 6. §. 5. d. t. l. 2. C. de Ep. & Cler. Vel Ecclesiæ. Bart. in Nov. de mand. Princ. n. 6. Panormit in c. inter alia n. 28. ex. de imm. Eccl. ex Archidiac. & Hostiens. ita distinguit. Confugæ aut habent proprium, & facient sibi expensas de rebus suis, Aut nihil habent, & debet laborare, & manibus victum quærere. Aut neutrum possunt, & tunc Ecclesia providebit eis, tanquam pauperibus. Sächsisch Landrecht lib. 2. art. 10. Die / so in die Kirche fliehen / soll man nit mit gewalt herausser nehmen / sondern man soll Sie darinn bewahren / vnd Jhnen keine leibs nahrung wegern noch entziehen. vid. Io. Ign. in l. 1. n. 47. SC. Silan. ubi tradit. n. 48. ne anathematizato quidem, & n. 51. neque homicidæ fu-

gienti ad Ecclesiam denegari debere victum. Vide etiam omnino VVesenb. in π. ff. de cust. & exh. reor. in fi. qui multos Doctores allegat.
9. * Secundum quod attinet, aliter agitur cum servis, aliter cum liberis hominibus. Servi aut ob suam culpam confugiunt ad Ecclesiam, aut ob culpam Domini. Culpa rursus servorum aut gravis est, aut levis. Priore casu si gravius delictum sit, non secus ac si cum armis confugerint, extrahendi, & Domino indistinctè reddendi sunt. l. 3. l. ult. C. d. t. de his qui conf. Rectè itaque *M. Aurelius Scaurus evocavit Romam in iudicium Periclem Ephesium hominem, quod is Ephesi se Quæstorem vi prohibitum esse dicebat, quominus è fano Dianæ servum suum, qui in illud asylum confugisset, abduceret, & is auctor iniuriæ diceretur*, ut est apud Cicer. 3. in Verrem. Posteriore si delictū sit levius, intercessione Clericorum venia impetratur servis, & sacramento domini adstringuntur, propter fugam nil ipsis periculi vel pænæ subeundum fore. l. 6. §. pen.
10. C. d. t. si quis autem. 35. Nov. 123. de sanctiss. Episc. c. 2. §. 1. circa med. Nov. 5. de monach. * Consentit Ius Canonicum in c. metuentes, & c. id constituimus. 17. q. 4. qui tamen inter delictum grave & leve non distinguit: prætereaque excommunicationis pænam statuit domino, qui iuramento de servi impunitate contravenerit. Verba ipsa Canonis sunt: servus qui ad Ecclesiam confugerit *pro qualibet causâ*, si a Domino pro admissâ culpa sacramentum susceperit, statim ad servitium Domini sui redire cogatur:

& postquàm dato sacraméto domino suo fuerit consignatus, si aliquid pænæ pro eadem culpâ, quâ excusatur, probatus fuerit pertulisse, pro contemptu Ecclesiæ, & prævaricatione fidei, à communione & convivio Catholicorum extraneus habeatur. Si verò servus pro culpâ suâ ab Ecclesia defensatus, sacramenta Domini clericis exigentibus de impunitate perceperit, exire nolentem à domino liceat occupari. Quod repetitur in c. inter alia. ex. de immun. Eccles. v. si verò. Quod si servi propter nimiam sævitiam dominorum, vel famem, vel intolerabilem iniuriam ad ædem sacram, vel ad statuam Principum confugiũt: veneunt, neque amplius in potestatem Domini revertuntur, pretio tantùm ei restituto. l. 2. ff. de his qui sunt sui vel al. iur. §. 1. l. eod. *De iniuriis*, inquit Seneca 3. de benef. c. 22. *dominorum in servos qui audiat positus est, qui & sævitiam & libidinem, & in præbendis ad victum necessariis avaritiam compescat.* Azo in summ. tit. de his qui ad Eccles. conf. n. 2. VVesenb. in π. ibid. n. 1.* De Servis ita statuit Theodoricus edicto suo §. 70. & 71. ut refertur ab H. Brüning. IC. in disp. de statu. p. 147. Si servus cuiuslibet nationis ad quamlibet Ecclesiam confugerit, statim domino veniam promittenti reddatur nec enim ultra unum diem ibidem residere præcipimus, Qui si exire noluerit, Vir religiosus Archidiaconus eiusdem Ecclesiæ, vel presbyter atque clerici, eundem ad dominum suum exire compellant, 11.

& domino indulgentiam præstanti sine dilatione contradant. Quod si hoc suprascriptæ religiosæ personæ facere fortè noluerint, aliud mancipium eiusdem meriti domino dare cogantur: ita ut etiam illud mancipium, quod in Ecclesiæ latebris commoratur, si extra Ecclesiam potuerit comprehendi, à domino protinus vindicetur.
12. * Servis porrò accensentur Coloni, adscriptitii, familiares; sive liberti, clientes, mercenarii. l. 6. §. 5. d. t. l. 3. C. de infan. expos. l. 89 ff. de furt. l. perspiciendum. §. furta domestica. ff. de pænis. l. pridem placuit. C. de quæst. Et ex sententia Baldi in d. l. ut. & l. 1. C. de em. serv. vasalli. VVesenb. d. loco. numer. 2.
13. * Si liberi & Christiani ad Ecclesiam confugiunt, habent promissionem securitatis à præside loci usque ad 30. dies tantùm. Ecclesia enim fugitivos diu asservare non debet, neque ad facinorosorū hominum alimoniam convertere, quæ ad usus pauperum ordinata sunt. Io. Ign. ad l. 1. nu. 21. ff. de SC. Silan. vid. tamen Io. Fabr. in Breviar. Cod. de his qui conf. num. 7. qui melius ait, securitatem durare perpetuò.) & habet confuga electionem, ut aut respondeat extra terminos Ecclesiæ, (si tamen promissioni securitatis renuntiet) vel respondeat in Ecclesiâ cum debitâ reverentiâ locorum servatâ ei ad plenū promissione securitatis. Auth. de mand. Princ. 134. §. sed neque. Si autem in Ecclesiâ, vel extra Ecclesiam non respondeat per se, vel per procuratores solenniter inst

ter instructos, id est, præstitâ cautione Iudicatum solvi, §. fi. I. de satisd. l. ult. ff. de procur. servantur iura communia; hoc est, ut ante litem contestatam mittatur Actor in possessionem bonorum Rei, & insuper bona vendat. Si tamen Reus latitet, vel si lis sit contestata, fertur definitiva sententia, & executioni mandatur. Panorm. ad c. inter alia. n. 9. ex. de immu. Eccl. * Circa ea, quæ dixi, quatuor sunt notanda: I. De datione fidei publicæ, sive promissione securitatis: Quam Imp. in d. Nov. 17. c. 6. vocat καλέμενον λόγον: Et Nov. 5. c. 2. §. 1. καλεμένην πίστιν: Et ἀσυλίας λόγον. Ed. 2. & Ed. 13. cap. 11. ut & Nov. 128. cap. 13. & simpliciter λόγον, Ed. 13. cap. 10. Cuiac. λόγες ἀσυλίας καὶ συγχωρήσεως. Interpres vertit, Iusiurandum; Galli, Franchise, saufconduit, passeport, ut ex Paponii Arrest. observavit Dion. Goth. in not. ad Ed. 2. Nos Sicherg:leid zum Rechten vocamus: Quæ securitas moribus nostris duplex est: 1. Tacita, ut si nova nupta Principis in ipsius aulam solenniter inducitur, Bey Fürstlicher heimfuhrung der Braut, qua de dixi supra c. 2. II. Expressa est securitas, quæ indulgetur, ut malefactor prætensam suam innocentiam & tuitionem iure evincat, Gelaid zu außführung gerümbter Unschuld: Quæ tamen non facilè permittitur, nisi ex prævia inquisitione liqueat probabiliter, delinquentem innocentiam docere posse: Vid. Paul. Matt. Wehner. pract. obs. Lit. S. p. 602. ubi latiùs 14.

exequitur, Quibúsnam dari possit securitas: Qui ius dandi & unde habeant. II. Quòd de 30. diebus est in Auth. de mandat. Princip. Illud tempus trium est noctium ex lege Aluredi Angliæ Regis, qui A.C. 900. in vivis esse desiit, ut ex Gulielmo Lambardo, in libello de priscis Anglorum LL. tit. de immunit. fani, p. 28. & 29. refert Henr. Bruning. d. disp. p. 149. his verbis: Criminis cuiuscunque noxius (siquidem id villam Regis aut familiam honoratam aliquam non attingat) si ad fanum confugerit, tres noctes, quibus saluti suæ prospiciat, ni interim in gratiam redierit, ibi maneto. Ex alia verò Eduardi 2. Angliæ Regis lege, quam suprà allegavi, sunt dies 40. horæ 12. Et ex l. Theodori unus dies, ut ex paulo antè dictis
15. constat: & ex l. 6. C. Th. de his qui confu. *Decendium statuitur in l. un. C. Th. de his qui ad stat. confug. III. Quod d. l. 6. §. 4. iudiciorum Legumque solitum ordinem servari vult, & subiicit, res immobiles: Quasi primum de rebus soli satisfaciendum esset creditori. Quod est contra l. à D. Pio 15. §. 2. ff. de re iud. ubi à rebus mobilibus executio incipitur, & his non sufficientibus, demum ad res soli pervenitur. Respondet gl. ibi: Non esse ordinem scripturæ servandum, l. nec enim. 6. ff. de solut. & lib. l. quidam. 14. ff. de pecul. leg. Et quod si non sint res mobiles, vel etiam non appareant, tunc res immobiles apportari posse. Perinde etiam fit in solutum datione, ubi primum res mobiles dantur, si quas habet debitor nūmis destitutus:

si mobiles non habet, dantur in solutum res immobiles, si earum emptores non inveniantur. Novel. 4. c. vlt. * IIII. Quod de traditione sive venditione ad modum usque debiti ait. 16.
Olim etenim non solum missio fiebat, sed etiã venditio omnium rerum. l. 1. & l. Fulcinius. ubi gl. ff. quib. ex causs. in poss. eatur. Dum ergo aliud hîc Imperator innuit, neque tamen ius vetus expressè corrigit: id variis interpretum distinctionibus, quas dicta gl. refert, ansam præbuit. Continetur autem Ius novum Iustin. Nov. de exhib. reis. §. si verò: Vnde desumpta est Auth. Et qui iurat. C. de bon. aut. iud. poss. volens, creditores & legatarios non nisi pro modo & portione eorum, quæ debentur, in possessionem bonorum debitoris esse mittendos. Wesenb. in π. ff. de damn. infect. num. 6. & quibus ex caus. in poss. n. 3. Bart. ad l. 5. C. de his qui ad Eccl. distinguit inter primum & secundum decretum: illud fieri per immissionem omnium bonorum; hoc pro mensura debiti declarati. * Insuper diligenter præcipit Imp. de 17.
perquirendis rebus mobilibus confugarum tam intra terminos Ecclesiæ, quàm extra eos: adeò ut si sola suspicione apud aliquem adserantur absconditæ, de suâ etiam conscientiâ satisfacere auctoritate Venerabilis antistitis iubeatur. d. l. 6. §. 4. vers. sicuti: id est, sacramẽto se debet purgare, ut Photius hunc locum intellexit, in gl. in c. ult. super verbo: famosa ex. de iureiur. licet aliter sentire videatur Bal-

ſam. Nomocan.tit.9.c. 27. Nota hunc locum de perquiſitione rerum: Quæ olim ſolennis erat in rebus furtivis,& fiebat à magiſtratuum miniſtris cum lance & licio;ut conſtat ex Gell. lib.11.noct.c.18.& lib.16.c.10.Feſto lib.10. Quã & apud Græcos uſitatam fuiſſe innuit Plutar. in Demoſth.p.20. ubi inquit; *Cives Athenienſes metuentes, ne ratio pecuniarum Harpali ab Oratoribus direptarum ab ipſis repoſceretur, acrem inſtituerunt inquiſitionem earum, ſingulas domos perſcrutando. Solius Calliclis Arrhenidæ domus ab ea inquiſitione immunis fuit, quòd is recẽs peractis nuptiis ſponſam intus habebat.* Illa tamen inquiſitio exſpiraverat iam tempore Iuſtiniani. §. 4. conceptum. in fi. I. de Oblig. quæ ex del. naſc. *Quid enim tam durum tamq; inhumanum eſt, quàm publicatione pompaq; rerum familiarium, & paupertatis detegi vilitatem, & invidiæ exponere divitias?* l.2.C. quan. & quib. 4. pars. l. 2. C. de adim. pup. præſt. An autem poſt ſublatum iſtum ritum perquiſitionis veteris rerum furtivarum, domino rei furtivæ permittendum ſit, eam in alienis ædibus quærere & inveſtigare, vid. Nic. Boër. deciſ.174.& Iul. Clar. in §. furtum. nu. 3. Dn. Parens l. 6. diff. Iur. civ. & can. c. 3.* Porrò
18. idem Imp. Leo conſtitutionem ſuam extendit, & ampliat, quod etiam in fideiuſſoribus ſive mandatoribus, & aliis acceſſoriis fugientibus ad Eccleſiam cum rebus eorum, prædicta locum habeant.

CAPVT

CAP. VIII. QVOMODO CVM illis procedatur, qui indignè asylis uti præsumunt.

SVMMARIA.

1. *Indigni Confugæ ab Asylis extrahuntur, vel repugnantes occiduntur.*
2. *Sinistrum est omen, si templum fortè polluatur.*
3. *Differentia Iuris Canonici circa extractionem Reorum à Iure divino & civili.*
4. *Theodorici Longobardorum Regis clementia in supplicem.*
5. *Ius Canonicum de Asylis non servatur in Ducatu Mediolanensi.*
6. *Quibus potestatem extrahendi confugas indignos tribuant iura.*
7. *Interpretum quorundam sententia de publico latrone.*
8. *Ius VVisigothorum.*
9. *Interpretum Iuris diversæ sententiæ de potestate extrahendi ab Ecclesiis.*
10. *Antonii Fabri sententia.*
11. *Cautio Petr. Gregorii Tolosani.*
12. *Indebitè extracto quid faciendum?*

1. IVre divino homicida voluntarius ab altari avellitur. Exod. 21. ver. 14. Et traditur trucidandus in manum proximi eius, cuius sanguis effusus est: Deut. 19. v. 12. Quod si verò quis asylo cedere nolit, si alio modo abstrahi non possit, ibidem interficitur. Quam severitatem Salomon Rex exercuit in Ioabum, quem cum Banaias ex mandato Regio iussisset templo egredi, is verò pertinaciter loci sanctitate se defenderet, ibidem interfectus est. 3. Reg. 2. *Cùm ad aram confugeret Theramenes, imperat lictoribus Critias, ut eum ab ara abstrahant & interficiant: abstractus ducitur ad bibendum venenum.* Philippus Mel. 2. Chron. p. 99. b. Eutropius, cuius potentia tempore Arcadii summa fuit, suasor extitit legis, ut liceret sontes ex templis vi *abducere, quâ lege postea & ipse ex templo extractus est:* Phil. 3. Chron. p. 104. b. *Philippicus Bardanes Iustinianum & filium eius Tiberium ab arâ cæcidit.* Idem d. lib. 3. p. 161. b. Idemque statuerat Agesilaus Lacædemoniorum Rex, quem cum aræ Palladis astantem, ut bovem immolaret, momordisset pediculus, non aversus est, sed arreptum palàm omnibus occidit: Per deos, inquiens, equidem insidiatorem vel in ipsâ arâ confodiẽdum puto, ut scribit Plut. in Lacon. Sic & Iure civili domino servum renitentem abripiendi, extrahendique quibus id potest efficere viribus, potestas conceditur, adeò ut si illum etiam

cons-

confugi in concertatione pugnaq; contigerit, nulla sit eius noxa, nec conflandi criminis relinquatur occasio. l. 4. C. de his qui ad Eccles.
* Heic opportunè refertur historia, quæ 2.
accidit in templo, & describitur à Philippo Mel. 3. Chron. p. 118. a. *Confugerant in templum aliquot servi, quibus dominus eorum atrociam inritatus erat. Cumq; iuberentur egredi, gladiis repellebant homines. Tandem & interfecto sacerdote, & alio vulnerato, seipsos sibi interfecerunt.* Ea de re citati sunt versus digni memoria.

σημεῖα γὰρ τοιαῦτα γίγνεσθαι φιλεῖ,
ὅταν τι ναοῖς ἐγκατασκήψῃ μύσος: hoc est,
Consuevit omen triste afferre, sanctius si fortè
Templum polluat piaculum.

Idque tragicum exemplum secutum est Nestorianum certamen. vid. Nicephor. Calist. lib. 14. hist. Eccles. c. 32. * Tam ergò de iure divino, 3
quàm civili, l. 3. in fi. C. de his qui ad Eccl. indignos ab altari avellere licebat. Sed ius Canonicum sancivit, ut ab Ecclesiæ atriis, vel domo Episcopi Reos abstrahere omninò non liceat: sed nec alteri consignare, nisi ad Evangelia datis sacramentis, de morte & debilitate & omni pœnarum genere sint securi: ita ut ei, cui Reus fuerit criminosus, de satisfactione conveniat. c. Reum. 17. q. 4. c. inter alia ubi Panormit. n. 8. ex. de imm. Eccl. Io. Igne. ad l. 1. n. 50. & seq. ff. de SC. Silan. Multam tãtũ pẽdũt, vel traduntur inimicis ad perpetuò serviendum; iuxta sententiam gl. quam sequitur Ar-

chidiac. ex Iac. de Bellovis. Cum Iure Canonico consentit etiam Ius Saxonicũ VVeichbild. art. 9. n. 18. Were es auch sach/ dz man den Mißsethäter heischt/ man dörffte jhn nicht herauß geben/ man gelobet jhm denn das Leben/ vnd das er zu der Zeit Ledig vnd Loß/ vngefangen vnd vngebũdẽ/ von der Kirchen vnnd von dẽ Kloster käme Redlich vnd ohn alles gefähr. Were es auch sach/ daß man der Pfaffheit solche Gelübd thet/ das solt man halten/ der Pfaff würd anders theilhafftig seines Todes/ vnd were irregularis, wo das Gelübd also nicht gehalten würde. Würd er aber darnach gefangen/ dz were wieder den Pfaffen nicht.
4. * Theodoricus quoque Rex Longobardor. reverentiam templo exhibens, pœnam debitam moderatione consideratâ palpavit. Iovium enim Curialem, quem corrector Lucaniæ Brutiorumque humani sanguinis effusione pollutum ipsi suggessit, ob hoc quòd mutuæ contentionis ardoribus excitatus, rixam verborum usque ad nefarium collegæ deduxit interitum: sed conscius facti sui intra Ecclesiæ septa refugines, declinare se credidit præscriptam Legibus ultionem, *Vulcaniæ insulæ* perpetuâ relegatione damnavit: *Vt & sancto templo reverentiam habuisse videretur: nec vindictam criminosus evadat in totum, qui innocenti nõ credidit esse parcendum*, ut est apud Cassiod. var. lib. 3. 47. p. 188.
5. * In Ducatu Mediolanensi non servatur Ius Canonicum, ut confugæ effugiant pœnam. Nam illi, qui post delictum aufugiunt ad Ecclesiam,

Ecclesiam, si sponte traditi fuerint à Prælatis, vel aliter sponte exierint, vel per vim licitè extracti fuerint, solent inquiri & citari: & si non compareant, condemnantur ad pœnam mortis, vel aliam corporalem, iuxta qualitatem delicti. Et ita hanc partem immunitatis Ecclesiarum hodiè non esse in usu testatur Remig. de imm. Eccl. fol. 7. & seq. & fol. 235. in 3 q. in fi. affirmans in specie illam in Hispania non servari, referente Iul. Clar. lib. 5. sent. §. fi. q. 30. n. 1. & n. 23. *Ceterùm operæ pre- 6
tium est videre, quorum autoritate & per quos indigni extrahantur. Moysi primum, tanquam Executori Legis, hæc iniunguntur Exod. 21. v. 14. *Seniores Civitatis, in qua perpetratum est homicidium, nominantur, Deut.* 19. v. 12 Regia verò potestas 3. Reg. 1. v. ult. & c. 2. v. 29. Sacerdotis hoc officium dicitur in c. deffinivit. 17. q. 4. sub comminatione, si iuxta priscorum canonum instituta hi, qui confugas repetunt, sacramenta reddiderint, & sacerdos Ecclesiæ ipsius ab Ecclesiæ non abstraxerit foribus, ut aut fuga talium, si evenerit, sacerdoti quærenda (aliàs si Reus de Ecclesia actus timore discesserit, ab Ecclesiæ Clericis non quæritur. c. id constituimus, in fi. pr. 17. q. 4.) aut damnorum sententia secundum electionem Principis huiusmodi sacerdotibus irroganda sit. Quæ benè consentiunt cum iure novo Iustin. Nov. 117. c. 15. in fi. *Si quis invenerit suam uxorem, aut filiam, aut neptem, aut sponsam, in venerandis locis*

cum aliquo loquentem, & suspicatus fuerit, turpis gratiâ causa eos colloqui: tradat eos defensori, aut aliis sanctissimæ eius Ecclesiæ clericis, ut ipsi suo periculo utrasq; personas divisim tandiu custodiant, donec iudex eos accipiat, & secundum Legum causas decernat. Proinde gl. in l. 4. C. de his qui ad Eccl. verbo: abstrahatur, notat: Clericos abstrahere debere servum armatum, si possint: vel si non possint, ut tum abstrahendi copia
7. domino non negetur. * Additio ad Summ. Azon. Publicum latronem, vel populatorem nocturnum agrorum, nec non eum, qui frequentia itinera insidiis obsidet aggressionis caussa, quemlibet ab Ecclesia extrahere & punire auctoritate propria posse, tradit ex Fulg. per text. in l. 1. C. quan. vnic. sine iud. c. sicut
8. antiquitus, 17. q. 4. * Quam sententiam rejicit non tantùm Ius VVisigothorum, quod l. 3. tit. 5. ita cavet: *Etiamsi contigerit, homicidam voluntarium ad altare sanctum fortasse confugere, non quidem præsumat eum absq; consultu sacerdotis persecutor eius abstrahere: Consulto tamen Sacerdote, ac reddito sacramento, ne eundem sceleratum publicæ mortis pœna condemnet, sacerdos eum sua intentione ab altari repellat, & extra chorum projiciat, & sic ille, qui eum persequitur, comprehendat.* Sed & Constitutio in l. 3. C. de his qui ad Eccl. Neque Episcopo inconsulto, nec sine nostra, sive iudicum in hac alma urbe, vel ubicumque iussione armatum quempiam ab Ecclesiis abstrahi oportebit: ne si multis passim

hoc

hoc liceat, confusio generetur. Quæ ratio non tantum in armato, verum etiam quovis confuga indigno, militare videtur. *Discrepantes 9. quoque Interpretum sententias refert Nic. Boër. decis. 109. Saliceti nimirum in Auth. si quis ei. C. de adult. qui voluit extractionem fieri debere per Episcopum, aut eius Officiales, per textum in Nov. de mand. Princ. §. neque & c. inter alia: Et Ioan. Fabr. in §. fi. I. de his qui sunt sui. & Bart. in l. si cui. ff. de accus. qui Iudici seculari hanc potestatem extrahendi indignos tribuunt sine auctoritate Episcopi, quãdo delinquentes sunt Laici. Petr. Sarp. de Iu. As. c. 6. p. 61. Ægid. Boss. tr. crim. tit. de vid. captur. n. 24. & 25. Covaruv. lib. 2. var. res. c. 20. n. 17. vers. Tricesimo quarto. Iul. Clar. d. lib. 5. rec. sent. §. fi. q. 30. n. 20. ubi ait, communem esse opinionem, extractionem per iudicem secularem fieri posse, & servari in practica. Rationem etiam affert: Quia Prælati & iudices Ecclesiastici reddunt se in hoc valdè difficiles, & dum requiritur & expectatur licentia, sæpè clerici faciunt delinquentes aufugere. Cynus in l. præsenti. c. de his qui confu. distinguit inter loca, ubi commissum fuit delictum. Quod si extra Ecclesiam, tunc Iudicem secularem extrahere & punire, cùm sit commissum delictum in suo territorio. Sin intra Ecclesiam: tunc partes Iudicis Ecclesiastici esse in extrahendo & puniendo. Aliterque distinguit Panormit. in c. inter alia n. 29. & in c. immuni-

tatem.n.5.ex.de imm. Eccleſ. inter genera ſcilicet delictorum, utrum ſint ſacrilegia, quorum punitio pertinet ad Iudicem Eccleſiaſticum: an crimina ſecularia, quæ non ſunt fori Eccleſiaſtici. Sächſiſch Landrecht li. 2. art. 10. de ſacrilegis & effractoribus locorum ſacrorum ſtatuit, das man die Kirchenbrecher mag herauß nehmen / auch vnerſucht Geiſtlicher Obrigkeit: dan andre ſoll man herauß geben oder antworten / vnd ſolches ſoll des orths der
10. Geiſtliche Richter thun. * Audiamus & Ant. Fabr. ad d. tit. Cod. Cùm, inquit, graviora ſint crimina, quorum impunitas per immunitatem quæritur; vulgo creditum eſt, non eſſe neceſſarium, ut ullus Epiſcopi conſenſus ad permittendam prehenſionem requiratur: tutius tamen fuerit & religioſius, omni caſu requiri, ne in eam excommunicationem, quæ contra immunitatum Eccleſiaſticarum temeratores Sacroſanctis Canonibus indicta eſt, ipſo facto incurratur. Eſt enim excommunicatio tum quoque, cùm iniuſta eſt, bono & Chriſtiano viro metuenda. &c. Non eſt aliena ab hoc loco Regula Iuris 137 *Non eſſe ſingulis concedendum, quod per magiſtratus poſſit publicè fieri, ne occaſio*
11. *ſit maioris tumultus faciendi.* * Omninò etiam placet cautio P. Gregor. ut quando educuntur Rei criminum ex Eccleſiâ inviti, id ipſum fiat ſine tumultu aut ſcandalo ſacrorum, propter reverentiam Numinis: neque excuſandos eſſe putat impios vel crudeles ſatellites, qui


præte

prætextu mandati iudicialis capiendi aliquos in locis etiam sacris, insolentius quàm reverentia loci postulet, se gesserint: ne videantur Christiani inferiores veri DEI cultu & irreverentiores ipsis Ethnicis in templorum suorum & idolorum religione conservanda. * Quod 12.
si verò Fugiens ad Ecclesiam per vim indebitè fuerit extractus, petere potest restitutionem in pristinam libertatem. Ecclesia quoque agere câm sit spoliata. Panorm. in c. inter alia. nu. 26. ex. de imm. Eccles.

CAPUT IX. DE EXEMPLIS nobilium asylorum, tam antiquorum, quàm recentium.

SVMMARIA.

1. *Nomina sex urbium refugii apud Hebræos.*
2. *Conditio & descriptio illarum urbium ex glossis & traditionibus Hebræorum.*
3. *Alia exempla asylorum.*
4. *Quæstio, an commeatum intercludere possit Reis Iudex?*
5. *Rursus plura exempla Asylorum veterum.*
6. *Proverbium, Hermionis vice.*
7. Δουλόπολις, πονηρόπολις.
8. *Gens Hessenorum sine ulla femina vivit.*
9. *Asyla ANGLIAE.*
10. *Asylum Lugdunense GALLORVM.*


Iam suprà quidem re ita ferente multorum asylorum mentionem inieci: sed operâ non erit indignum, hoc loco reliquum celebriorum asylorum
1. Catalogum pertexere. * Sex civitatum refugii apud populum Iudaicum nomina extant Iosuæ 20. *Cedes* in Galilæâ montis Naphthali: *Sichem* in monte Ephraim: *Cariartharbe*, sive *Hebron* in monte Iuda. Trans Iordanem contra orientalem plagam Iericho statuerunt *Bosor*, quæ sita est in campestri solitudine de tribu Ruben, & *Ramoth* in Galaad de tribu Gad, & *Gaulon* in Basan de tribu Manasse. Appellabantur illæ civitates Hammiclat, quòd eò se colligerent & contraherent qui fortuitò & imprudentes hominem occidissent. *Calat* enim verbum est contrahere & retrahere. Petr. Martyr Vermilius Florent. Loc. comm. 14. p. 1708. nu.
2. 32. *Sed ecce illarum Civitatum conditionem & descriptionem ex glossis & traditionibus Hebræorum, collectore Paulo Fagio, in Thargum Onkelii, referente VVilhelmo Zeppero lib. 4. explan. Legum Mosaicarum forensium, c. 14. p. 399. Primò constat ex Numer. 35. & Deut. 19. fuisse civitates refugii, quarum tres ultra Iordanem fuerunt, scilicet *Bazar*, in deserto; *Ramoth* in Gilead: *Golen* in Basan. Atque hæ à Mose constitutæ fuerunt. Tres aliæ à Iehosuâ in ipsa terrâ Chanaan ordinatæ fuerunt, nempe *Sichem*, in monte Ephraim; *Kadesch*, in monte

monte Naphthali, & *Hebron* in Iuda. Hæ civitates æquali spatio ab invicem dissitæ fuerunt, ita ut æquale spatium à meridie ad Hebron, ab Hebron ad Sichem, à Sichem ad Kadesch, à Kadesch ad Aquilonem esset. Viæ, quæ ad illas ducebant, complanatæ erant, ut nullum esset obstaculum, quod fugientem homicidam impedire posset. In bivio aut trivio stipes erectus fuit, in quo scriptum erat Miklat, ut fugiẽtem dirigeret in eam viam, quæ ad civitatem refugii ducebat. Oportebat istas civitates non nimis parvas esse, nè deficerent victui necessaria; nec etiam nimis magnas, nè fortè per frequẽtiam hominum, eò confluentium, ut fit in magnis urbibus, vindex sanguinis, propinquus scilicet occisi, urbem non observatus subintraret, atque fugitivo ibi exulãti, insidias strueret: sed urbes mediocres esse debebant. In loco ubi aquarum copia erat, esse oportuit. In loco erant, ubi sæpiùs nundinæ haberentur: quò faciliùs cibaria, & reliqua necessaria haberi possent. Opus erat, ut in viciniâ multi pagi essent, ad arcendum adversarium, si fortè exercitu stipatus veniens, vi urbem ingredi, & homicidam occidere vellet. Si civitas refugii destinata erat civibus & incolis, sacerdotes, Levitæ & Israëlitæ aliundè accersebãtur. Nõ licuit in huiusmodi civitatibus nec arma bellica, nec venatoria, nec retia, nec funes, aut aliquid tale facere, nè fortè vindex sanguinis, sub prætextu emendi aliquid, in urbem veniret, atq; ita ho-

micidam opprimeret. Necesse erat, cives urbis refugii homicidæ venienti artificium aliquod parare, quo vitæ necessaria comparare sibi posset. Eâdem caussâ, si homicida unus ex studiosis discipulis fuit, Rabo præceptor eius, simul cum eo exulare cogebatur. Quod si homicida erat Rabbi, schola ipsius in civitatem refugii transferebatur. Duo aut tres Viri sapientes homicidæ fugienti adhibebantur, qui adversarium sanguinis ultorem, si fortè in itinere occurreret, blandis verbis & admonitionibus abarcerent, ne quid violentius, nondum discussâ caussâ in homicidam moliretur. Nullus homicida fugiens impediri debebat, sive casu & ignoranter, sive temerè, & datâ operâ aliquem occidisset. Caussa homicidæ ita peragebatur: Consistorium, quod eo in loco erat, ubi homicidium perpetratum fuerat, mox homicidæ causam discussit, reductumque ex civitate refugii, iudicio statuit: qui si reus mortis deprehensus est, mox à magistratu occisus fuit: sin homicidium eius casu factum deprehensum est, publico & salvo conductu in civitatē refugii reductus fuit. Homicida exul, non in ipsa tantùm civitate refugii, sed & extra urbem, intra terminum urbis constitutus, tutus quoque fuit. Homicidæ ex civitate refugii discedere non licebat, & ad suos redire, donec moreretur summus Pontifex. Post summi Pōtificis obitum domum reversus, ad pristina officia, munia, dignitatem & potestatem, si quam antea

antea habuit, rursum admissus fuit. Quare Hebræi tradunt, summorum Pontificum matres homicidis exulantibus munera sępiùs misisse, multaque in eos beneficia contulisse, quò minùs summi Pontificis mortem exoptarent. Quod si fugitivus & exul homicida in ipsâ etiam urbe refugii aliquem occidisset, eâdem quoque urbe migrare & fugere cogebatur de vico in vicum, de vicinia in viciniam. Quod si Levita aliquem occidisset, de civitate in civitatem exulabat. Cur verò DEVS homicidam eo in loco, ubi summus Pontifex degebat, agere noluerit, hanc caussam Hebræi assignant, quia homicida dies hominis abbreviat, summ⁹ verò Pontifex prolongat. Vnde æquum non esse, ut abbreviator coram prolongatore versetur. Homicidam item contaminare terram, & divinæ præsentiæ maiestatem removere; summum autem Pontificem eam mundare, & præsentiæ maiestatis divinæ occasionem esse, ut quiescat super homines in terra. Æquum ergo non esse, ut alius cum alio versetur. Hæc Paulus Fagius. * Pergamus in Exemplis. Romæ 5. præter Romuli asylum sive lucum plura fuisse perfugia constat ex Cicer. de L. Agrar. contra Rullum ad populum, to. 2. p. 413. dum inquit: Sunt loca publica urbis, sunt sacella, quæ post restitutã Tribunitiam potestatem nemo attigit, quæ maiores in urbe passim periculi perfugia esse voluerunt. In Rhetæo littore fuit *Aiacis asylum*, & in Sigæo, *Achillis*. Apud Molossos,

Samothraces, Crotoniatas & Messenios ac plerosque ad deorum aras confugisse pro asylo habitum est; velut Ithacensibus *Iovis servatoris ara*: Atheniensibus *Thesei sepulcrum* id iuris habuit, ut servi ad illud confugientes nexu solverentur. Et Spartæ *Chalciœcum* Minervæ templum, ad quod Pausanias fugiens obstructo aditu morte mulctatus fuit. Pausan. Lacon. sive lib. 3. p. 75. & p. 87. Diod. lib. 1. Prob. in Pausan. Phil. Mel. lib 2. Chron. p. 88. b. * Obi-
4. ter hîc insero quæstionem, si delictum tale sit, pro quo delinquens ab Ecclesia extrahi de iure non possit, an liceat Iudici seculari positis custodibus Ecclesiam ipsam obsidere & prohibere, ne ad eum alimenta deferri possint? de qua vid. Iul. Clar. d. §. fi. q. 30. n. 21. ubi communem ait esse negativam; licet in Normannia secus observetur. Io. Igneum ad l. 1. nu. 9. ff. de SC. Silan. Guid. Pap. dec. 121. n. 2. Morisque apud veteres fuit non solum valvas templi obstruere, & egressu præclusos fame expugnare: sed interdum tectum demoliri, quò citiùs aëris iniuria miseri interirent, vel ruinis templi incendendi supplices absterrere. Seneca Hercul. Furen.

Congerite sylvas: templa supplicibus suis
Iniecta flagrent. Euripid.

ἐπιδὰν δ᾽ εἰσκομισθῶσιν πόλει
βωμῶν πέριξ νήσαντες ἀμφήρη ξύλα
ἐμπίπρατ᾽ αὐτῶν ϗ πυροῦτε σώματα
πάντων. Apud eundem Euripidem minatur

Hermio

Hermione admoturam se ignem aris ad quas Andromache confugerat. Turneb. lib. 9. c. 12. * Est & aliud asylum *Caleo con*, ad quod 5.
Agis confugit. Et in Tænaro Neptuni fanum ad quod Cleombrotus : & in Calauria insula in Ægæo etiam *Neptuni templum*, ad quod Demosthenes cum aufugisset, ab omni violentâ incursione Archiæ mansit illæsus: Strabo lib. 8. Atque in Thraciâ *Dianæ templum inter* Chirorium & Cynætham, & in Aspendo Pamphiliæ, *Tiberii statuæ* pro asylo fuêre. sicut *Dianæ Leucophryenæ* oppressis perfugium inviolabile fuit. *Palladis quoque templum* velut asylum Lacedæmonii venerantur, in quo nocentes etiam capitis damnati, incolumes fiunt. Et in Aphrodisio & Papho *Veneris* apud Stratonicenses *Iovis & Triviæ templa*. Tacit. 3. ann. p. 32. Siculis *Salisci ara*, in Peleponneso Hermoniæ *fanum sacrum Cereri & Proserpinæ*. * Vnde proverbium, 6.
ἀνθ' Ἑρμιόνος: id est Hermionis vice. Addendum ex usu sententiæ verbum quod eam expleat: puta; *fuero tibi, aut mea domus* Erasm. adag. chil. 2. cent. 5. prov. 67. p. 503. In *Epheso Arthemisium*, Pergami *ædes Æsculapii*, in Græcia *Calydoni Palladis templum tantæ* dignationis fuêre, ut capitalem fraudem ausi, aut pecuniæ iudicati, qui ad illa confugissent, noxâ pecuniaque exsolverentur. Apud Scythas qui ad *Riphæos* confugissent tanquam sacrosanctos sui iuris & arbitrii erant: sicut in Ægypto *in Osiridis asylo iuxta* Saim. Strab. lib. 17. & in Conopo

Herculis templo, ad quod servi confugientes, si initiati forent, opprimi aut vi cogi non poterant. * Traditumque memoriæ est, in Libyâ
7. oppidum fuisse, ad quod si quis servus lapidem importasset, liber & sui potens erat, ut autor est apud Suidam Ephorus in 5. apud Stephanum Hecatæus: & *Dulopolin* in eadem id iuris habuisse, ut qui servus ad eam aufugisset, omni nexu solveretur. Alex. ab Alex. gen. dier. lib. 3. c. 20. p. 160. a. Eiuscemodi civitas est item alia, cui nomen ἱεροδούλων, quod servis dicata sit, in quâ unum duntaxat ingenuum vivere tradunt. Est rursum in Creta δουλόπολις χίλιανδρος, id est mille viris habitata, ut autor est Sosicrates in primâ narratione rerum Creticarum. Est item alia iuxta Thraciam πονηρόπολις. In hanc Philippus collegisse dicitur, velut in sentinam, infames ac moribus improbatis, ut sycophantas, falsos testes, prævaricatores, & id genus alios ad numerum duûm millium, ut autor est Theopompus in rerum Philippicarum lib. 13. Testatur & Plutarch. in comm. de curiosit. Est & in Ægypto regio quædam δουλόπολις appellata, teste Olympianico
8. *Non dissimile quod Plinius narrat de *gente Hessenorum* in Syriâ, ad quos fugitant usque quaque nocentes: *Quæ sola toto in orbe sine ullâ feminâ vivit, omni Venere abdicatâ, socia palmarũ, in diem ex æquo convenarum turba renascitur, longè frequentantibus quos vita fessos ad mores eorum fortunæ fluctus agitat.* Erasm. adag. chil. 2. cent.
9. ad

9. adag. 22. p. 591. & seq. Hebe τῇ ἥβῃ Pubertati Deæ, quam prisci Ganymedam vocarũt. Phliasii honores multos exhibent, summum verò omnium, quòd qui supplices ad illius templũ in arce Phliasiorum confugerint, cuiusvis criminis impunitatem consequuntur. Quin & qui vincti antè fuerunt, ad eas arbores, quæ in cupressetosunt, compedes suspendunt. Dies verò festos quotannis celebrant; quos Cissotomos, hoc est Ederisecos appellant. Pausan. in Corinth. lib. 2. p. 49. In Syria fuit *Apollinis asylum.* Strabo lib. ult. In Samothraciam confugiebant olim nocentes, quos Cabirorum templi, insulæque sanctitas inviolatos præstabat omnes. Ibi Perseus Macedoniæ Rex, amisso exercitu extorris regno, fani religione parumper tutus fuit. Suidas in verbo: *Samothrace.* Palicarum Dearum apud Siculos templum asylũ tutissimum & inviolatissimum, supplicibusq; quocunque infortunio vel calamitate oppressis, vel his, qui in dominos ingratos violabundosque inciderint servis, plurimùm subsidii præbet. Nam qui eò confugerint, nulli domino quacunque conditione seu vi, aliové quovis pacto licet eos abducere: sed ibidem intactos permanere inviolatosque oportet, donec per certos amicos & arbitros æqui & boni persuasi & adducti domini tum iureiurando de conventis adacti, & promissis servandis per fidem eo modo firmatam admittantur. Neque ull⁹ adhuc memoriæ proditus invenitur, qui eã

fidem supplicibus præstitam irrumpere sit ausus. Diodor. l. 11. Apud Ætnam locus est odorũ fragrantiâ celebris: quo nomine asyli quoque vice cultam invenio regionem illam consensu tacito, nefas putantibus incolis, animal ullum omninò oblædi inibi aut violari. Cælius lib. 26. c. 20. ant. Lect. Non longè à Philippis abest *tumulus*, quem *Bacchi* dicunt, in eo sunt aurifodinæ, quas Asylum vocant, ubi castrametati sunt Cassius & Brutus. Appian. Alex. de bell.
9. civil. lib. 4. p. 749. * *Colnamum* in Angliâ abest ab Abyndonia circiter millia passuum duo, quod perfugio non est illis, qui contra Regis Maiestatem committunt. Polydor. lib.
10. 26. * Lugduni Gallorum celeberrimum est *Templum S. Ioannis Baptistæ*, vel propter asylum: cuius descriptionem en Tibi amice Lector ex Ludovico Bolognino de 4. singularibus in Galliâ repertis, sing. 3. inter Templa inquit

-agnifero stant prima dicata Ioanni:
Hic ubi sunt semper bis centum sacra colentes
Canonici: hic adsunt triginta moribus omnes
Nobilitate simul fulgentes ordine sacro.
Nullus in hoc numero præstat, nisi nobilis inquam
Nobilis & proprio patrio & de sanguine natus.
Hi vero domini sunt omnes atque potentes,
His subsunt villæ sunt plurima castra sub illis.
Redditus his magnus & vectigalia multa.
Ordine in hoc sacro Rex est pro tempore primus,
Huc veniens habitat Rex semper, regia sedes

Est ibi

Est ibi pulcra domus, locus est & mansio pulcra
Canonicis, sunt hic certo sub limite fines
Hic ubi pernoctant ipsi semperq; morantur.
Limite in hoc cunctis tutum donatur asylum,
Limite in hoc cuicunque datur tutissima sedes,
Dicitur hac meritò sedes Franchisia tuta

CAP. X. LAUDES EORUM, quibus inviolabilia fuerunt asyla: & Pænæ violatorum.

SUMMARIA.

1. *Exempla servati Iuris asylorum.*
2. *Exempla violati eiusdem.*
3. *Locus Augustini, cui adscribi debeat integritas Confugarum ad Ecclesias belli tempore.*
4. *Ius belli de parcendo iis, qui in templa confugiunt, quando cesset.*
5. *Templa celebriora, ex quibus facilis est defensio.*
6. *Tempore necessitatis templa muniri possunt*
7. *Enumeratio pœnarum divinarum ob violationem Confugarum.*
8. *Aliquot exempla vindictæ divinæ.*
9. *Pœnæ temporales de Iure civili.*
11. *Observatio Historica Philologica de tonsuris.*
12. *Pœnæ violationis Asylorum Canonicæ.*

1. Tacitus, Liberum patrem bello victorem supplicibus Amazonum, quç aram insederant, ignovisse scribit, 3. annal. p. 324. Alexander Tyriorum præcipuis pepercit, qui in Templum Herculis confugerunt, etiam Regi; Arrian. 2. Q. Curt. lib. 4. p. 102. Idemque Megabizo mandat de servo, qui in templo consederat, ut eum, si posset evocatum, ex templo capiat, in templo manum ei non afferat. Plut. in Alex. p. 478. Agesilaus etiam vulneratus his pepercit, qui ad Templum perfugerant, & iræ religionem antetulisse narratur à Corn. Nepot. Nec modo veneratus est in Græciâ, sed & apud barbaros templa. Plut. in Agesil. p. 354. ubi de Thebanis confugis in templum Ioniæ Minervæ Cn. Octavius præfectus classis Samothracam adducta classe Persenm Regem reverentia deorum inviolatum ibi iure asyli reliquit: ne tamen effugere inde avehique posset, custodiit. Et vid. Florum lib. 2. c. 12. quem locum restituit Lips. 2. Elector. c. 19. p. 84. Vandalis pepercit Belisarius, atque suscepit illos in fidem, qui profanatores erant templorum & cultu Arriano. Procop. Vandal. Alaricus in Italiam hostiliter ingressus omnia ferro igniq; vastat, urbemque Romanam à nemine defensam facilè occupat ann. Christi 412. C. V. 1104. iussitq; primum ad templa confugientes salvos esse. Seb. Munster. Cosmog. l. 3. c. 2. Parcit Totilæ perfug

perfugis in templa iterùm captâ Româ. Procop. Gotth. Augustin. lib. 1. & 2. de civit. Dei. Philip. lib. 3. Chron. p. 108. a La città di Populonia fu assediata ne' tempi di Sylla e pigliata, e rovinata, eccetto i tempii. Leand. Albert. in descr. Ital. p. 36. ex Strabone. La terra Rubi fù saccheggiata da' soldati e Consalvo Magno con special cura conservò le donne poste in chiesa inviolate da ogni ingiuria de' soldati: Alfons. Vlloa de vit. Carol. V. p. 14. b. Turcæ captis Hierosolymis nec matronas violarunt,
nec sepulcrum fædarunt. *E contrario verò 2.
summus osor asylorum erat Timon sive Misanthropus apud Lucianum Samosatensem dial. ult. Cuius verba sunt: φίλος, ἢ ξένος, ἢ ἑταῖρος, ἢ ἐλέου βωμὸς, ὕθλος πολὺς h. e. Amicus, hospes, sodalis, aut ara misericordiæ, meræ nugæ, &c. Troia etiam mater populi Romani, sacratis in locis Deorum suorum munire non potuit cives suos ab ignibus ferroque Græcorum eosdem ipsos Deos colentium, quin etiam *Iunonis asylo*

Custodes lecti Phœnix & dirus Vlysses
Prædam asservabant, huc undiq; Troia gaza
Incensis erepta adytis, mensæq; deorum,
Crateresq; auro solidi, captivaq; vestis
Congeritur. Pueri & pavidæ longo ordine matres
Stant circum. Æneid. 2. Florentinorum quoque perfidia notatur a Leand. Albert. descr. Ital. p. 53. b. l. Florentini non servando fede alcuna

ne patti, fecero Volterra saccheggiare, e non solamente le case de cittadini, ma anche i sacrati tempii e luoghi pietosi. &c. Summus etiam Iuris Asylorum osor fuit Eutropius Eunuchus & Cos. qui Arcadio & Honorio Impp. persuasit, ut legem ferrent, ne servi ad Ecclesiam confugientes asyli ius haberent, sed abstrahi inde à dominis possent. Quam legem iniquo animo Ioannes Chrysostomus tulit, hocque nomine graves inimicitias cum Eutropio exercuit: Cumq; fortuna tulisset, ut iram Imperatoris fugiens Eutropius ad Ecclesiam confugeret, & in ara sederet, redargutus publicè fuit, & divino Iudicio factum Ioannes dixit, ut eo auxilio, quod abstulerat, ipse indigeret. Extat in illum ipsius Chrysostomi ἐπιτιμητικὸς λόγος, referēte Alciat. l. 2. parer. c. 45. Sic fratricidiū Boleslai, Vratislai 1. Regis Bohemiæ Fil. crescit ex loco sacro, in quo cōmissum est. Is enim Anno 929. in festo Michaelis, fratrem suum Wenceslaum sanctum cum missa celebraretur in templo trucidavit, Zu Alt Bunzel/ ut legere est in Act. Bohemicis part. 1. Theodo quoque dux Nortgoiæ, Bavarię scilicet Trans-Danubianæ, Augustam Tiberii, magnaq; crudelitate Christianos unà cum Romanis militibus, qui eò confugerant, interfecit; Lupum etiam Episcopum, feminas & pueros, qui in Ecclesiam se receperant. Seb. Munst. lib. 3. cosmog. c. 367. Quæ in his bellis civilibus, in quibus omnis est idea mali, reverētia sit rerum

ſacrarum & templorum ac confugarum, apud
milites, qui Chriſtiani audiunt, quotidiana
docent exempla, & nominatim exponunt ea-
dem Act. Bohem. lib. 3. Lit. b. his verbis: den 2.
12. Julii. 1620. haben die den Böhmen zum ſuc-
curs geſchickte Vngarn nach Chwoſchin ein ſtar-
cken ſtreyf gethan / daſelbſt vier hundert Kay-
ſeriſche zu roß / ſo des orths in beſatzung gelegen/
antroffen/vnd alle nidergehauen: Vnd ob ſich ſchő
etliche in der Kirchen ſalviren wollen/haben Sie
doch heraus gemüſt/vnd herhalten müſſen. Ita,
ut his temporibus minimè conveniant, quæ
ſcribit Auguſtin. lib. 1. de civit. Dei. c. 7.* *Quod* 3.
*immanitas barbara tam mitis apparuit, ut ampliſ-
ſimæ baſilicæ implendæ populo cui parceretur, elige-
rentur & decernerentur, ubi nemo feriretur, unde
nemo raperetur, quo liberandi multi à miseranti-
bus hoſtibus ducerentur, vnde captivi nulli, nec à
crudelibus hoſtibus abducerentur: hoc Chriſti nomi-
ni, hoc Chriſtiano tempori tribuendum quisquis non
videt, cæcus, quiſquis videt nec laudat, ingratus,
quisquis laudanti reluctatur, inſanus eſt. Abſit ut
prudens quiſquam hoc feritati imputet barbaro-
rum. Truculentiſſimas & ſæviſſimas mentes ille
terruit, ille frenavit, ille mirabiliter temperavit,
qui per Prophetam tanto ante prædixit: Viſitabo in
virgâ iniquitates eorum: miſericordiam autem meã
non diſpergam ab eis.* * Ceſſat hoc ius belli inter 4.
diverſarum religionum homines. Nam loca
ſacra eſſe deſinunt capientibus, quæ erant ſa-
cra captis. arg. l. 1. C. de his qui ad Eccleſ. Sic

Maccabæi & templa & perfugas in templis combusserunt. Templa nostra Saxones olim idololatræ incenderunt, Alb. Gentil. d. lib. 2. de iur. bell p. 407. & seq. Cessat etiam si ex templis pugnatum sit, ut tradit P. Martyr. in loc. comm. 14. circa fin. Qua de causa ædes D. Petri Montispelii, ex saxis quadratis prægrandibus constructa, in qua Catholici, qui vocantur, obsidionem per aliquot septimanas substinuerunt, tandem verò commeatu deficiente deditionem fecerunt, tormentis ab una parte in ianua damus è regione positis probè concussa, maximamque partem diruta est, teste Iod. Sin-
5 cer. it. Gall. p. 281. * Templa autem passim ita videmus extructa, ut facilis inde possit fieri defensio. Tolosæ in Galliâ vidi collegiale templum D. Saturnini munitissimum. In summo disposita sunt tormenta bellica, ad defensionem urbis, & comprimendos tumultus, si qui oriantur. Interius ita ædificatum est, ut etsi plurimæ eæque multangulæ columnæ laquearia sustentent, nemo tamen intus ullibi occultare se possit, ut non bombardarum ictibus desuper pugnantium pateat. Et alterum D. Petri templum Pictaviꝫ, structuræ est ex lapide quadrato durissimo à D. Martiale primum, sed non tam augusto opere excitatum, ad factam sibi divinitus revelationem de S. Petri martyrio. Vti hodiè extat, opus est Henrici II. Normanniæ, post Anglorum Regis & Aquitaniæ Ducis, ad instinctum coniugis cæptum, sed vix

ducenti

ducentis annis pêst perfectum. Ictibus aliquot tormẽtorum petita fuit murorum huius templi pars ea, quæ ortui obversa est, vix tamen sui vestigium globi reliquerunt, eâ lapides sunt duritie. Fortitudinem eius insuper commendat loci situs propè muros, & area amplissima; In quorum fidem allego Iod. Sincer. itin. Gall. p. 211. & 252. Nemo ignorat qui Patavium viderit, amplissimum templum D. Iustinæ defensioni vrbis servire posse, utpote cui tormenta bellica magno numero imponi possunt. Tale Apollinis templum Delphis describit Iustin. lib. 24. Epit. p. 181. nimirum positum esse in mõte Parnasso, in rupe undique impendẽte: ibi civitatem frequentia hominum facit. Qui ad affirmationem maiestatis undique concurrentes, in eo saxo consedere, atque ita templum civitatemq; non muri, sed præcipitia, nec manufacta, sed naturalia presidia defendunt, prorsus ut incertum sit, utrum munimentum loci, an maiestas Dei plus hîc admirationis habeat.
*Episcopi verò auctoritate, tempore iustæ necessitatis Ecclesiam *incastellari*, ita loquitur 6.
Hostiensis, ac propugnacula ædificari posse propter metum paganorum, hæreticorum, piratarum, latronum, & pro defendendo iure Ecclesiæ, ita tamen, ut necessitate cessante & *incastellatio* cesset, tradit Hostiensis li. 3. summ. de Eccl. immun. n. 6. per text. in c. relinqui. ex. de custod. euchar. Huc etiam pertinet locus App. Alex. de bell. civ. lib. 1. p. 365, *Opimius Cos.*

armatos prima luce disponit præsidium Capitolio, Senatum per præcones convocat, ipse media in urbe ædem Castorum occupat in omnem occasionem intentus. In hoc rerum statu Senatus Gracchum & Fulvium Flaccum ad causam in curia dicendum evocat. Attilliani in Aventinum excurrunt, sperantes hoc occupato Senatum conditiones pacis arrepturum. Servos quoque sed frustra vocant ad pi-
7. *leum. Itaque cum suorum manu ædem Dianæ muniunt, &c.* Sed manum de tabula. *Quod secundam huius Capitis partem attinet, de pœnis violatorum asylorum sive confugarum, eæ gravissimæ tum divinæ tum humanæ manent transgressores. *Divinas Oraculum Sibyllæ li. 3. ita copulat:

τείχεα δ' ἐν ποιητὰ χαμαὶ πεσέονται ἅπαντα,
Ἀνδρῶν δυσμενέων ὅτι τὸν νόμον οὐκ ἔγνωσαν
Οὐδὲ κρίσιν μεγάλοιο Θεοῦ ἀλλ' ἄφρονι θυμῷ
πάντες ἐφορμηθέντες ἐφ' ἱερὸν ἤρατε λόγχας,
καὶ κρίνει πάντας πολέμῳ θεὸς ἠδὲ μαχαίρῃ,
καὶ πυρὶ καὶ ὑετῷ τε κατακλύζοντι καὶ ἔσται
θεῖον ἀπ' οὐρανόθεν, αὐτὰρ λίθος ἠδὲ χάλαζα
πολλὴ καὶ χαλεπή. θάνατος δ' ἐπὶ τετράποδ' ἔσται,
καὶ τότε γνώσονται θεὸν ἄμβροτον ὅς τάδε κρίνει.

8. *Singulasque pœnas has contigisse Gallis, Delphico templo direptionem intentantibus, scribit Iustinus. lib. 24. Nam & terræmotu portio montis abrupta Gallorum stravit exercitũ, & confertissimi cunei non sine vulneribus hostium dissipati ruebant. Insecuta deinde tem-
pesta

pestas est, quæ grandine & fulgure saucios ex vulneribus absumpsit. Dux ipse Brennus cum dolorem vulnerum ferre non posset, pugione vitam finivit. Alter ex Ducibus, punitis belli auctoribus, cum decem millibus sauciorum citato agmine è Græciâ excedit. Sed nec fortuna fugientibus commodior fuit. Siquidem pavidis nulla sub tectis acta nox, nullus sine labore & periculo dies: assidui imbres & gelu, nix concreta, & fames & lassitudo, & super hec maximum pervigiliæ malum, miseras infelicis belli reliquias obterebant. Gentes quoque nationesque per quas iter habebant, palantes velut prædam sectabantur. Quo pacto evenit, ut nemo ex tanto exercitu, qui paulò ante fiducia virium etiam Deos contemnebat, velut ad memoriam tantæ cladis superesset. Rursus aliud vindictæ divinæ exemplum Idem habet Epitomator lib. 28. Laodamia, inquit, cum in aram Dianæ confugisset, concursu populi interficitur. Quod facinus Dii immortales assiduis cladibus gentis, & propè interitu totius populi Ætolorum vindicaverunt. Nam sterilitatem famemque passi, & intestina discordia vexati, externis ad postremum bellis penè consumpti sunt. Miloque Laodamiæ percussor in furorem versus, nunc ferro, nunc saxo, in summa, dentibus laceratis visceribus, duodecimo die interiit. Apud Iones fuit templum religiosissimum Neptuni Heliconii, à quo cum Achæi supplices extractos trucidas-

ſent, non fuit lęta ad repoſcẽdã vindictam ira Dei, & repentè ingens terræmotus non ipſa tantum mœnia & ædificiorum ſuperficiem ſubvertit, ſed urbis etiam totius aream obruit, ut nec veſtigia quidem ulla poſteris agnoſcenda relinquerentur. Pauſan. lib. 7. in Achaic. Propter necem Zachariæ, filii Ioiadæ, perpetratam à Rege Ioa inter altare & templum, non ipſe tantum Rex ius talionis paſſus eſt, ſed & tota Iudæa à Syris devaſtata. 2. paral. 24. v. 21. Imò adhuc ſanguinem eius à totâ generatione ſe repetiturum iurat DEVS, Matth. 23. v. 35. & ſeq. Lucæ 11. verſ. 51. Sylla Romanus phtiriaſi ſive morbo pediculari interiit, quod Ariſtionem ex Minervæ fano extractum trucidaſſet, auctore Pauſan. in Attic. in 1. Duodecim alia exempla Principum violatorum templorum, eorundemque pœnis vid. apud Anton. Guevar. in horolog. Prin. lib. 1. c. 23.
9. * Seculares temporales quoque pœnę ſeveriſſimæ conſtitutæ ſunt violatoribus aſylorum. Primò maieſtatis crimine retinetur, qui ad ſacroſanctas Eccleſias confugientes abducere tentaverit. l. 2. C. de iis qui ad Eccl. *Capitali pœna ſolus conatus punitur.* l. 3 §. 2. d. t. *Imò qui nuda ſaltem cogitatione atque tractatu auſi fuerint tentare, capitali & ultimi ſupplicii animadverſione plectuntur, ut habent verba* l. 6. in pr. C. d. t. In quo caſu hoc crimen cum lege Iulia Maieſtatis convenit, cuius ſupplicium meretur atque incurrit quiſquis de nece virorum illuſtrium, qui conſiliis & conſiſtorio Impera-

C, ad

toris intersint, senatorum etiam, vel cuiuslibet postremò, qui ipsi militat, cogitaverit. l. 5. C. ad L. Iul. maiest. Convenit etiam cum raptu sacræ virginis, in quo *& simplex attentatio capitali pœnâ feritur.* l. 5. C. de Episc. & Cler. Regulariter vero cogitationis pœnam nemo luit. l. 18. ff. de pæn. de cuius legis vero intellectu vid. Accurs. in gl. d. l. 6. & l. qui ea mente. ff. de furt. Conr. Rittersh. in part Feud. lib. 2. c. 5. q. 5. p. 397. & latiùs in Sacr. Lection. Sic Athenienses eos cives condemnarunt ultimo supplicio, qui Cylonis socios & ministros; qui per tyrannidem occupare arcem tentassent ad aram Minervæ factos supplices occidissent, ut refert Thucyd. in 1. & Plut. in Solon. *Alia & quidem levior pæna nominatur in l. 2. C. de crim. sacril. 10.
ut verberatus & tonsus deportetur, qui confugientem ad sanctam Ecclesiam sua anctoritate abstraxerit. Quod genus pænæ licet à moribus nostris abierit longius, apud veteres tamen rasiones ignominiosæ leguntur sæpius. *παρ' Ἰνδοῖς τὸν μέγιστα ἀδικήσαντα ὁ βασιλεὺς κελεύει κείρασθαι, ὡς ἐσχάτης οὔσης ταύτης ἀτιμίας:* inquit Nic. Damascen. lib. de mor. gent. quem refert Stobæus tit. 42. de LL. & consuet. & Al. ab Alex. gen. dier. lib. 3. c. 5. p. 124. Tacitus de morib. Germ. p. 570. Paucissima, inquit, in tam numerosâ gente adulteria; quorum pæna præsens & maritis permissa. Accisis crinibus nudatam coram propinquis expellit domo maritus, ac per omnem vicum verbere agit. &c. Nè

de Legatis Iudæorum hac iniuria affectis dicam: tria delicta hac eadem pœnâ rasionis affecit Leo Imp. Castratione. Nov. 60. Rerum vetitarũ ad hostes trãsvectione. Nov. 63. alterius dedita opera excæcationem. Nov. 92. Idque appellat cute tenus tondere. Plautus Captiv. act. 2. sc. 1. diceret. strictim tondere. Seneca pressius tondere atque abradere: ἐν χρῷ κείρειν. Per pectinem est paulò longius à cute, interposito pectine tondere. Sic Græcis duo tondendi genera sunt σκάφιον & κῆπος: illud strictim, hoc secus. Ita C. I. Scaliger, quod solus strictim tõderet, Tonsus in Italia vocabatur. Tempore Friderici Barbarossæ adhuc obtinebat ratio sive tonsio ista, ut apparet ex Constit. de pace tenend. & eius viol. lib. 2. feud. t. 27. ubi is, qui crines alicuius aut barbam expilaverit, decem librarum pœna ei, cui iniuria illata est, condemnatur: vers. si quis aliquem. Et rursum ver. si quis quinque: Fur qui minus quinque soli-
9 dis furatus fuerit, scopis & forcipe excoriatur, id est, ut Henric. Salmuth, in not. ad Pancir. p. 389. interpretatur, virgis cæditur & forcipe tõdetur. Eodemque sensu Constitutionem Iuris Saxonici accipit, quâ si quis in villâ interdiu furtum, quod tamen tres solidos non excedat, commiserit, eo ipso die puniri potest in cute & in crinibus. Spec. Saxon. lib. 2. c. 13. vel ut art. 28. loquitur, eius crines & cutis tormentis subiiciantur: hoc est, virgis cæsus tondeatur. Cuius legis paraphrasis esse possunt versus Guntheri

theri Ligur.lib. 7.v.285.

Servus deprensi convictus crimine furti,
Si fur ante fuit, probrosa morte peribit:
Sin minus abraso signatus vertice frontem
Verbera dura feret. &c.

Vulgo ferè persuasum est, quod si sagæ aut venefici per tortu am examinati atq; interrogati non respondeant, si tondeantur, veritatem reticere amplius nequeat. Huc etiam refero formulam (de qua Paul.Matth. VVehner. pract. obs.Lit.H.p. 284. & Lit.z.p.722.) accusationis criminalis: die Peinliche anklag vffhaut vnd haar/fleisch vnd blut/marck vnd bein. Ex cuius auditu *sæpè in ibi steterūt comæ; subitāgelidus formidine sanguis Diriguit, elidusq; perima cucurrit Ossa tremor.* Tria præterea rationis ignominiosæ exēpla ex Iure Longobardorū affert. Henr. Salmuth.d.loco: ei⁹, qui litteras imperiales despexerit.l.1.si quis litteras nostras despex. *Servi qui ignē in sylvā cōminarit.* l.ul.de dān.in via dat. Mulieris, querixā & supalios aggressionē fecerit.l.relatū.de aggr.in via fact. Quib⁹ subnecto unū atq; alterum locū Gūtheri ex d.l.7.v.256.

Armiger exustā candenti fronte metallo,
Detonsaq; coma, post verbera pulsus abibit.

Et iterùm v.272.

Institor à nostro spoliatus milite, cuncta
Conduplicata feret: maxillā servus adustā,
Vertice detonso supponet terga flagellis.

Itemque v.299.

Si quis pacificæ plebis villasvé domusvé


Usserit, abrasis signabitur ora capillis,
vid. Cuiac. lib. 4. Feud. p. 304. ed. Colon. C. Rit-
11. ters, in comm. ad Gunther. lib. 7. c. 1. p. 137. * De iure Canonico violationis asyli pæna est excommunicatio. c. sicut antiquitus c. frater. 17. q. 4. Quæ irrogatur non ipso facto, ut scilicet reo avulso ab Ecclesia, sit illicò qui eum extraxerit diris devotus, & Christi fidelium communione privatus. Sed sunt Canones, qui de Excommunicationis pæna loquuntur, ferendę sententiæ, ut postquam Reus extractus fuerit, debeat Prælatus monere, & nisi fuerit restitutus, aut iusta detinendi causa allata, tunc demum possit ad Excommunicationis sententiā ferendam accedere. Pet. Sarp. de Iur. asyl. c. 1. p. 20. Quam pœnam Bonifacio Comiti D. Augustinus irrogavit, ut ex Ep. ipsius 187. (quæ relata est in c. Miror. d. c. 17. q. 4.) patet. Cuius tamen historiæ fidem aliquatenus nutare putat Nicol. Crassus in antiparæn. ad Cardin. Baron. pro Rep. Venet. p. 55. & seqq. laudans cōsentientem Baronium, qui illam Epistolam una cum xv. aliis habeat pro tali qua de an à D. Augustino fuerit conscripta, non immeritò dubitatur. tom. 5. ann. 422. Id verò cum ipsa scribendi ratio satis superque demonstrat, tum multò magis verba illa, Spectabilis & Magnifici, honoris causa Comiti tributa, ab eius tēpestatis consuetudine longè remota, nec ab ipsomet Augustino unquā adhibita, iis in literis quas ad eundem Comitem ipse perscripsit,
in

in quibus etiam quam maxima Divus ille Vir agit cum modestia, non autem superbè & arroganter, atque imperiosè, prout Sycophanta, quisquis ille, scribere voluit. Quod verò multò magis earum falsitatem vel cæco demonstrat, Bonifacius Comes nunquam Hipponam incoluit D. Augustini civitatem: ut fieri omninò non possit , id unquam accidisse, quod spuriæ narrant litteræ: Habuisse Comitem ibi domicilium, atque familiam. Quas rationes affert Petr. Sarp. de Iur. Asyl. cap. 1. p. 21. Excommunicationi multam nongētorum solidorum iungit concilium Triburiense c. si quis contumax. 17. q. 4. Et in can. seq. reo sacrilegii triginta libræ examinati argenti purissimi iniunguntur. Ergo cū pecuniaria pœna quādoq; maior quādoq; minor invenitur: Ideò est arbitrio Iudicis cōmittenda, & debet reddi illi personæ vel loco, cui facta est iniuria. c. parochianos. ex. de sent. Excommun. c. de hoc. ex. de simon. c. si quis in atrio. 17. q. 4. Hostiens. de iur. immun. n. 14. Quæ tamen multa hodiè nō exigitur. Nam per desuetudinem perdidit Ecclesia ius eam exigendi. Iul. Clar. lib. 5. sent. §. fi. q. 30. n. 1.

CAP. XI. DE IURIS ASYLORUM contrario, nempe Iure remissionum: De asylis sublatis, & quatenus tolerari debeant.

SUMMARIA.

1. *Literæ remissoriæ, requisitoria & mutui compassus.*
2. *Princeps quando aliorum subditorum tutelam suscipere debeat.*
3. *Asyla purganda non tollenda.*
4. *An asyla in Novo testamento sint sublata, & hodiè minus necessaria?*
5. *Cautiones sub quibus tolerari debeant asyla.*



IURE Civili constitutum est, ut à Iudice provinciæ in quâ Reus fugitivus peccavit, litteræ, quas remissorias, requisitorias, & mutui cõpassus hodiè appellant C. Rittersh. Method. Nov. expos. par. 2. c. 2. n. 17. & 136. & frequẽtãtur nõ tãtũ hoc casu verum etiã si quis testis nominatus fuerit Iudici, quod sub alterius sit Iurisdictione. vid. eund. pat. 9. c. 22. n. 20. emittantur ad Iudicem illius provinciæ in quâ delinquens persona degit: quibus publicis literis susceptis periculo suo & officii sui tenetur comprehendere illum, & ad Iudicem provinciæ transmittere,

tere, in quâ peccavit, suppliciis legitimis subjiciendum. Nov. ut nulli iudic. 134. c. 5. Ex qua desumpta est Auth. si verò criminis C. ad l. Iul. de adulter. ubi Dd. Ias. & Zas. in l. ult. ff. de Iurisd. & l. 15. ff. de re iudic. Gothofr. in not. ad d. l. ult. Cujac. in παρ. C. de exhib. vel transmittendis Reis. Wesenb. in π. ff. de iudic. n. 16. & ad tit. de accus. & in scr. n. 7. & 8. ubi notabiliter scribit, nos hodiè vix remissionibus uti, maximè cum non uni iam Principi, at in Imperio Romano, omnes ditiones pareant: nec par in parem eiusmodi remissionis habeat imperium. Idemque repetit in π. de requir. reis nec abs. dam. n. 5. Adhuc tamen eiusmodi remissiones frequentari inter Electoratum Palatinatus superioris & inclytum Senatum Noricum contestari possum, adeoq; Mense Augusto anno, 1622. interfui, cum miles quidam Noribergæ ob uxorem Neagoræ interfectam captus sisteretur ad fines Palatinatus, propè Cœnobium Gnadenberg, ubi territorium Noricum distinguitur rivulo. vid. quoque Nic. Boër. d. 29. per tot. Herm. Vult. l. 2. Iu. Rō. c. 1. p. 451. * Quaten⁹ vero liceat Principi aliorū subditorū fugitivorum suscipere tutelam, brevitatis causâ ex Politicis huc petere supersedeo: Quorum consilium est, Principem cavere debere, *nè facinorosos trāsfugas facilè recipiat, ipsisq; salvum conductum in territorio suo præbeat.* Quod non rarò Principum animos exacerbavit, & ad subditos suos vi armatâ repetendos ac vindi- 2.

candos compulit Vide sis Richard. Dinoth. adversicit. de Rep. n. 34. Bodin. in libb. de Repub. & advers. Malestrot. p. 771. Machiav. disp. Livian. lib. 2. c. 31. & de Repub. lib. 5. c. 6. p. 909.
3. * Porrò quemadmodum malitia atque improbitas virtutis & integritatis pallio se tegere atque vestire solet: ita saluberrimum hoc miserorum & afflictorum solatium à maleficis scelerumque ac flagitiorum mancipiis in abusum tractum est. Quocirca nonnulli asyla omnino sustulerunt: rectius verò illi, qui certis ea legibus & conditionibus restrinxerunt. Tiberius Imperator templa Græcorum lustravit & repurgavit, ut est apud Tacit. 3. annal. Sueton. verò in eius vit. c. 36. scribit, eum ius moremque asylorum, quæ usquam erant, abolevisse. Idemque Augustus Cæsar fecit teste eodem Sueton. & Dione in eius vità. Illosque imitatus est Henricus VII. Anglorum Rex, cū assiduis rebellium insidiis regnum turbaretur, ut coërceret improbos, qui conspiratione non succedente: in diversa asyla se recipiebant, auctore Polydor. Verg. li. 26. Anglicæ Historiæ, Isidorus verò Pelusiota Cyrenium ducem gravissimè obiurgavit, atque à proposito delendi asyla absterruit ep. 174. lib. 1. quæ talis est: *Chartam nobis cives miserunt pro Ecclesiæ foribus fixam, ut inquiebant, antequam urbem ingrederis, quæ & omnibus purgandi sui potestatem adimit, & perfugium in Ecclesiam claudit. Quod quidem non solum crudelitatis, sed etiam impietatis suspicionem*

nem

nem habet. Nam si nec causa dicenda potestatem facis, nec fugam in Ecclesiam permittis, nimirum hac ratione & calumniatores exacuisti, & iniuriarum numerum auxisti. Quónam igitur pacto ius & aquū deprehendes? Quónam pacto eum, cui iniuria infertur conservabis? Qui ne à potente adversario conficiatur & opprimatur, quod Iudicem non habeat qui suas iniurias ulciscatur, ad inexpugnabile templum confugit:

Prætextus porrò est, veditionis iudicii sententia.

Crudelitatem subi: & perfacilem mercatum habebis.

* Quam Epistolam opponimus sententię illorum, qui putant supervacaneum hodiè esse asylorum remedium: cùm Leges omnibus hominibus æqualiter securitatem tribuant, neq; metuendum sit, ut innocens à proximis occisi interficiatur: Quam vindicationem privatam satis prohibuerint Iura Civilia. Præterea quia asyla veteris Testamenti Christum, in quo contra Diabolum, nostrum sanguinem sitientem, tutum receptum haberemus, &c. cuius morte omnia peccata nostra expiata essent, præfigurârint, eoq; iam exhibito meritò cessare debeant. Quæ argumenta quanti sint ponderis, cuivis facilè patet. Primum quidem petitum ex l. 28. §. 7. de pœnis inde, *Quia ratio illa nō in totum tollit confugium ad statuas: multò minus tollere debet refugium ad asyla atq; loca sacratiora, cùm ius novum interpretatione non debeamus extendere.* Neque alterum etiam concludit; 4.

Concesso enim, conditionem mortis Pontificis maximi typicè significare summum secundum ordinem Melchisedec Sacerdotem & salvatorem nostrum Iesum Cristum: Scopus tamen Legislatoris non erat per asyla hoc docere, sed homicidis consultum voluit corporaliter. Itaq; quemadmodum æterna lex est homicidii: ita & asylorum salutare temperamentum perpetuum stare posse, conditione licet unà atque alterâ pro arbitrio secundorum legislatorum immutata, salvâ pace dissentientium (inter quos & Covar.d.li.2.var.rel.c.20.n.2.vers. Secunda conclusio) tueri nos posse putamus. Quæ cum iam scripta à nobis essent, consentientem vidimus virum doctissimum Wilhelm.Zepperum Nassov.LL.Mosaicarum forens.Explanat. lib.1.c.7.p.43. *Lex*(de asylis) inquit, *inter illas quoque pertinet, quas morales, cerimoniales & forenses simul dixi. Morale enim hic porrò & perpetui iuris est, homicidas non temere, sed, caussâ probè cognita prius ulciscendos esse: Qui verò nullo animi proposito quempiam occiderit, à morte vindicandum, & innocentis aut saltem non planè nocentis vitæ consulendum esse. Hinc patres Ecclesiastici & Concilia quædam præclarè adhuc de asylis sentiunt, ut videlicet innocentibus & immeritò pressis tuta sint perfugia, neq; sanguis innoxius effundatur.* Sic ille.* Quatenus verò tolerari debeant asyla, disputat Lambert. Danæus Eth. Crist. lib.2.p.217.& seq. Io. Gerhard. in QQ Polit. dec. 8.q.4. B. KeKerm.systém.pol. lib.1.

lib.1.p.295.Georg.Schönbor.lib.1.polit.c.14. p.83.& seq.P.Martyr.tom.1.Loc.comm.cl.4.p. 1712.qui postremus docet non nisi quinq; positis cautionibus, asyla retinenda: Primùm, ne privatæ seu publicæ res ea licentia lædantur: deinde ne spe veniæ atque immunitatis cuiquã iniuria fiat, aut vitia nutriantur & foveantur. Adhæc videtur esse cavendum, ne pateant omni generi criminum, sed certis quibusdam concedantur: ut cum quis nec prudens nec volens quempiam interfecerit, aut si vir bonus citra suam culpam, fortunæ iniuriâ gravatus fuerit ære alieno, & consimilibus. Omnibus autem sceleribus asyla dare, longè à pietate alienum est. Statuendum præterea videtur, ne crebra & frequentia sint, ut homines prudentius & gravius in actionibus periculosis agãt. Lex vetus in toto regno Israëlitico sex tantummodo habuit. At in nostris regionibus multa omninò sunt: Pontificii quippe videntur mirum in modum studuisse, ut licẽtiam illam amplificarent. Boni verò magistratus esset, eorum numerum contrahere. Occurrendum etiam esset, ne qui detinentur in asylis, cum adhibito iudicio sontes deprehensi fuerint, facilè possent evadere, & sacrifici seu monachi si viam illis ad aufugiendum patefecerint, ad certas pœnas essent obligandi. Hactenus Petrus Martyr.

CAPUT XII.

CONTINENS PARALEIPOMENA quædam.



NON possum sine crimine omittere, Primùm Quousq; fugitivum liceat persequi: quo de Ægid. Boss. tract. crim. tit. de captur. n. 21, tradit, Capi non posse delinquentem sive raptorem sive homicidam in Ecclesia, etiamsi familia eum insequeretur, antequā Ecclesiā ingrederetur: & n. 22. Captū, extra Ecclesiā si antequā ducatur, fugiat in Ecclesiā, nō posse in ea capi: Et n. 23. Captum extra Ecclesiam licet per Ecclesiam ducatur, non propterea esse relaxandum. Audiamus & Ius Saxonicum Weichbild art. 9. n. 17. & 18. Ihr solt aber hie wissen vnd vernehmen/ Fleucht ein fridbrecher/ oder Missetheter zu einer Kirchen oder einē Kirchhof/ oder zu einem Kloster/ vnd folget man der handhafften that nach/ mit geruffe (als Recht ist) vnd mög'n die/ die den Fridbrecher folgen/ den fridbrecher fahen in der flucht (auff dem Kirchhoff) ohn leibswehr/ also das die Pfaffheit da nicht gegēwertig were/ die Ihn beschirmeten/ Sie mögen Ihn wol von dannen führen/ Sie sollen sich aber daran bewaren/ das da kein leibswehr geschehe. Ist aber da gegenwertig jemands von der Pfaffheit/ es sey ein Pfarrherr oder ein Mönch oder ein Nonn/

vnd

vnd wehret das man den nit fahen soll (von Gottes vnd deß Rechten wegen) sie sollen still stehen/ durch deß gehorsams willen/ dann sie haben der macht/ das sie mit Gewalt darwider theten/ als es jhn verbotten wird/ ut Inst. de rer. div. §. sanctæ quoque res.

Sonderlich mehr solt jhr mercken/ wehret die Pfaffheit dem Volck/ daß sie sie auff dem Kirchhoff nicht wollen lassen gewalt zuvben/ das thun sie mit recht/ dann ein jederman dem andern sein Hauß vnd Hoff wol wehren mag/ das er wieder sein willen nicht darein gehe/ ut Inst. de rer. div. §. plane. Thut man aber das mit Gewalt/ alle die es thun/ die seyn in dem Bann/ vnnd müssen das Gestifft wieder lassen weihen/ ut 87. dist. eos qui ad Ecclesiam. Secundò addo ampliationem eius, quod supra dixi, delinquentem in loco sacro, non esse ibi tutum; verbi gratia, Si stans extra cæmiterium trahit eum, qui stat intus per partem mantelli, quæ manet exterius, offendit immunitatem Ecclesię. fac. cap. nuper. de sentent. excomm. & notat Vincent. in c. ult. de imm. Eccles. Io. Ign. ad l. 1. n. 57. ff. de SC. Silan. Panorm. in c. ult. n. 10. de immun. Eccles. Et seq. n. 11. quærit, utrum gaudeat immunitate, qui in loco immunitatis percutit enormiter stantem extra illum locum? Et respondet, eum non gaudere, quia delictum principiatum fuit in Ecclesia. Et n. ult. idem quærit de mandatore delicti, an is gaudeat immunitate, si mandaverit in Ecclesia, ut alibi fieret executio

delicti, vel extra Ecclesiam mandaverit, ut in Ecclesia committeretur? Allegat ad id textum in c. pastoralis. in verb. nec non iunct. gl. in verb. districta. de re iudic. quæ innuat, quod videatur delictum commissum, ubi fuit delictum secutum: Allegat etiam Bart. in l. si ut proponitur. ff. de fideiussor. vid. Pet. Sarp. de Iur. Asyl. c. 5. p. 44. Tertiò reprehensionem incurrit Petr. Sarpus modò allegatus de Iur. Asyl. c. 4. p. 42. Qui scribere audet: De Cœmiteriis, Hospitalibus & Conclavibus, ubi fratres dormiunt; ne verbum quidem legem ullam fecisse. Canonistas tantummodo, quos ignorantia sæpè aut ambitio transversos rapit. Ecclesiarum nomen amplificare, atque ad hæc etiam pertrahere voluisse. Cæmeteria ut alia loca taceam, expressè nominãtur Rubr. de Imm. Ecclesiarum, cæmeterii. &c. Conclavia Monachorum itidem clarè exprimit l. 3. C. de his qui ad Eccles. Quicquid fuerit interiacens sive in cellulis, sive in domibus, hortulis, balneis, areis atque porticibus interioris Templi vicè tueatur. &c. Hospitalia concedo non nominari in Legibus, ex iis hoc tamen probari potest, Hospitalia in privilegiis aliis locis sacris æquiparari: Et quidni, cum plerisque contigua etiam sint Templa? Idemque hallucinari videtur c. ult. p. 71. ubi negat templum Iudæorũ immunitatis privilegio insignitum uspiam scriptum esse. Imò verò, dixerim ego, 1. nempe Maccab. 10. v. 43. ubi Demetrii Regis rescriptum

tum

tum de sacro Templo Iudæorũ refertur. Quid quod si Templum caruit immunitate, quâ spe Ioab in illud confugit, tanquam ab omni violentia securus futurus? Neque propterea quod Athalia 2. Reg. 11. vi à Templo avulsa & occisa fuit, inde sequitur: Templum non habuisse immunitatem. Caussa enim necis eius tã prægnans fuit, ut indigna haberetur, quæ asylo gauderet. Quemadmodum non sequeretur, Iudæus vel latro detrectus est ab ara. Ergo ara nõ est asyla. Quin potius eo ipso, quod Athalia in ipso templo non fuit trucidata, sed manu militari educta, Immunitas Templi probari videtur. Præterea ex historia & sermone Christi, eiicientis Mercatores è templo Luc. 19. v. 45. coniicere est: omnis generis facinorosos, adeoque plurimos indignos veniâ & immunitate in templum confluxisse, ita ut non amplius fuerit οἶκος προσευχῆς, domus Orationis, ἀλλὰ σπήλαιον λῃστῶν, spelunca latronum. Ad emptores autem & vẽditores in Templo id verbum, Latronum, referri non posse quis non videt? Ad hæc verba Christi Matth. 26. v. 55. καθ' ἡμέραν πρὸς ὑμᾶς ἐκαθεζόμην, διδάσκων ἐν τῷ ἱερῷ, καὶ οὐκ ἐκρατήσατέ με: Quotidiè apud vos sedebam docens in Templo, & non me tenuistis. &c. Nõ video quomodo inconvenientia sint futura, si cautum esset, aut usu receptum, ne quis in Templo prehenderetur. Nam quicunque quotidiè in conspectu populi versatur, docens eum & instituens, eius vel ingredientis Templum

facilis

facilis est prehensio, etiamsi in Templo ipso manuum iniectio sit prohibita. Petri verò & Ioannis capturam quod attinet, ea non, ut Sarpus malè scribit, facta est in templo cum orarent, sed vel ad portam dictam speciosam, ubi claudum sanitati restituerunt, Actor. 3. v. 2. vel ἐπὶ τῇ στοᾷ τῇ καλουμένῃ σαλομῶνος, in porticu Salomonis, ubi ad eos cucurrit omnis populus, motus celebritate miraculi, ad quem Petrus ibidem Orationē habuit. Ceterùm quod Paulus è Templo eiectus est, mirum neminem habere debet, cum Delatores eum contra populum & legem, imo Templum ipsum peccasse arguerint: ut proinde indignus æstimatus fuerit, cui Ecclesiæ immunitas daretur. Quémadmodum Ecclesiæ accessu indigni iudicantur, qui Ecclesias violasse perhibentur. c. ad Episcopos. 17. q. 4. Caussa verò Captivitatis est expressa Actor. 21. v. 28. ubi Accusatores Pauli Iudæi Asiatici: Viri Israëlitæ, clamant; adiuvate: hic est homo, qui adversus populum & legē & locum hunc omnes ubique docens: insuper & Gentiles induxit in templum, & violavit sanctum locum istum. Viderant enim Trophimum Ephesium in civitate cum ipso, quem existimaverunt, quoniam in Templum introduxisset Paulus. Tertio in eo cū Sarpo consentire non possum, quòd eodem cap. ult. p. 73. Græcorum tantummodo usum fuisse, scribit, ut Templis immunitatem tribuerent. Quod tam falsum puto, quàm illud, apud omnes gentes

(nulla planè exceptâ) asyla recepta fuisse; adeoque ex superiori capite benè longo de Exemplis nobilium Asylorum abundè constare, præter Græcos apud gentes alias quam plurimas ea in summa veneratione fuisse: ut qui id fortè negat,

- nunquam vidiße diurnos
Se Phœbi Radios nec verno tempore flores,
AEstibus aut mediis audiße tonitrua dicat.

Quæ absque studio contradicendi, veritatis amore prolata & accepta volo. Quartò & ultimò addo asylum vetus Germanorum nobilissimum, de quo ita Seb. Munster. lib. 3. cosmog. c. 433. Saxones Merspurgi phanum & idolum quod Irmensul appellavere, coluerunt. Eresberg. dictus est mons, in quo phanum illud stabat. Quidam interpretantur Mercurii statuam; is enim Hermes dictus est. Sed obtinuit Martis honor, ut nunc Mersberg vocitetur. Nonnulli Irmensul interpretantur statuam publicam. Coniici permittitur dictam Idermansul, quasi commune perfugium & asylum omniū, & Martem communem, qui in prælio diu vagatur incertus, diu dubius, quo ponat victoriā. Erat armata toto corpore effigies, cuius in dextra signum militare, nostri vexillum vocant, præferens rosam, cuius breve momentum & facilis ortus & interitus, ita eventus præliorum. In sinistrâ libram expandit, dubiam pugnantium sortem facilè huc aut illuc inclinantem. Pectus inerme ursum præferebat, interri-

tum bellatorum animum insinuans. In clypeo Leo, qui bestiis imperitat, invictum ad fortia facta impetum monstrat. Floribus erat consitus campus in quo stabat, quòd nihil iucũdius solet videri fortibus, quàm in acie virtutem ostẽdere. Hoc fanum & idolum subvertit Carolus M. deque eo extat integer Tractatus Henrici Meibomii, Historiarum in inclyta Iulia Professoris.

CAP. XIII. DE HIS QVI AD statuas confugiunt. Ubi de Origine, usu & luxu statuarum apud veteres.

SUMMARIA.

1. *Locus Cassiodori de Origine, fine & numero Statuarum apud veteres.*
2. *Finis statuarum amplius expositus ex Iure Civili & Plauto.*
3. *Columnæ Traiani, quæ est Romæ in foro ipsius, descriptio.*
4. *Colossi magnitudo & moles.*
5. *Quibus Personis honor statuarum habitus fuerit.*
6. *Mos antiquus cædendi statuas.*
7. *Materia statuarum.*
8. *Numerus statuarum.*

9. Com

INitium huius capitis faciam à loco Caßiodori lib. 3. variar. 15. *p.* 399. ex 1.
quo originem atque finem statuarũ, addo & numerum, discere licet. Ita verò ille: *Videbit*, inquit, *profectò meliora, quàm legit: pulcriora quàm cogitare potuit: statuas illas auctorum suorum scilicet adhuc signa retinentes: ut quamdiu laudabilium personarũ opinio superesset, tamdiu & similitudinem vivae substantiae imago corporis custodiret. Conspiciet expreßas in aere venas, nisu quosdam musculos tumentes, nervos quasi*

gradu tensos, & sic hominem fusum in diversas similitudines, ut credas potius esse generatum. Has primum Tusci in Italiâ invenisse referuntur, quas amplexa posteritas penè parem populum urbi dedit, quam natura procreavit. &c. Caussa est gloria atque memoria diuturnitatis eorum, qui insigniter vel de Repub. meriti sunt, vel ingenii dotibus claruerunt, vel opus aliquod rarum ediderunt. Deque illa ipsa caussâ Cassiodor. alibi lib. 8. var. 2. *p.* 433. Amore Principum constat inventum, ut simulacris æneis fides servaretur imaginis: quatenus ventura progenies auctorem videret, qui sibi Rempub. multis beneficiis obligasset.

2. *Easdemque ferè caussas agnoscit ius nostrum: Quod vult, ut statuæ honori sint. l. ult. C. de stat. & imag. Memoriamque absentis vel demortui repræsentent, & ornamentum sint ludis sive diebus festis. l. 2. C. d. t. Eratque receptum, ut in statuis inscribendis cũ nomine caussa experimeretur habiti honoris, ut notat I. Lips. lib. 1. Elect. c. 14. & multis ex antiquitate exemplis demonstrat Bar. Brisson. lib. 8. form. p. 726. Vnde & Plaut. Curcul. act. 1. sc. 2. v. 49. Tibi, næ, ego, si fidem servas mecum vineam pro aurea statua statuam, quæ tuo gutturi sit monimentum. Et act. 3. sc. 1. v. 69. Ibi nunc statuam vult dare auream solidam faciundam ex auro Philippeo, quæ fiet septempedalis: Factis monimentum suis. Et virtutis præmium statuæ dicuntur in l. 4. C. de stat. & imag. Sic Caio Meneio supra columnam statua dicata fuit, quod Latinos priscos

priſcos deiecerat una cum Camillo collega, ut eſt apud Livium.* Quantæ verò magnitudinis 5.
columnæ illæ fuerint, indicio ſit columna Traiani, quæ adhuc hodiè in foro Traiani prope Templum della Madonna di Loreto, Romæ extat. Ea ſpectabili eſt craſſitie & cochlidis ſtructura, circumcirca rerum ab ipſo geſtarum, imprimis Dacici belli ſimulacra mira arte cælata viſuntur. Intus verò gradibus 185. eius faſtigium (ubi Traiani oſſa aurea pila condita olim fuerunt: nũc ſancti Petri ſtatua inaurata ibidem à Sixto V. erecta ſtat) adſcenditur: habetque feneſtellas 45. quæ lucem interius præbent. Ipſa columna altitudinis cenſetur pedum 128. vel ut aliis placet 140. In eius baſi inſcriptio talis eſt: S.P.Q.R. IMP. CÆSARI D. NERVÆ F. NERVÆ TRAIANO, AVG. GERM. DACICO. P.M. TRIB. POT. XVII. IMP. IV. COS. VI. P.P. AD DECLARANDVM QVANTÆ ALTITVDINIS MONS ET LOCVS TANTIS SVMPTIBVS SIT EGESTVS. * Quantæ verò molis fuerit ſta- 4.
tua ſive coloſſus mirabitur quiſquis viderit eius fragmenta Romæ in area Capitolii; pedem nimirum & partem bracchii: nec non manum & æneum caput, quod demptum Coloſſo Neronis ſuæ impoſuit ſtatuæ Commodus Imp. item duos pedes, quinque pedes longos in æde conſervatorum: ut & unguem digiti maioris, quam vix lichas exæquat. * Perſonas quod 5.
attinet, quibus honor ſtatuarum olim habitus

fuerit, ſciendum eum communem fuiſſe Principibus cum privatis. Id conſtat ex Plinio Ep. 61. ubi de Archippo: Et Panegyr. ad Traian. ubi: ſtant effigies tuæ, ait, quales olim ob egregia in Remp. merita privatis dicabantur. Viſuntur eadem è materia Cæſaris ſtatuæ, quâ Brutorum. &c. Etymologicum Magn. in ἐπώνυμοι: οἱ κατὰ τὴν ἀρετὴν διαπρέποντες, ἀστοὶ καὶ ξένοι, χαλκαῖς εἰκόσιν ἐτιμῶντο. Qui virtute, inquit, excellenti eſſent præditi, ſtatuis æneis honorabantur, quà cives, quà peregrini. Iudicum mentionem bis facit tit. C. de ſtat. & imag. in l. 1. ubi requiritur imperiale beneficium ſive Principis venia: & l. ult. Oratores affectos eſſe hoc honore teſtatur Eunapius de Proæreſio Sophiſta; cui Romani æneam ſtatuam conſecrarunt, cum hac inſcriptione glorioſiſſima: ἡ βασιλεύουσα Ῥώμη τῷ βασιλεύοντι λόγων: id eſt, Regina rerum Roma Regi Eloquentiæ. Sic iidem Romani Chryſippo Philoſopho Stoico ſtatuam collocarunt, quæ Aſſi in patria eius etiam tum viſebatur Simplicii ævo, Quę exempla adduxit C. Ritterſ. Parens meus deſideratiſſimus. Quibus addo Philoſophorum Gręcorum ſtatuas à me viſas & notatas Romæ in æde Conſervatorum, quarum nomina ſubſcripta ſunt hæc: Σωκράτης Σωφρονίσκου Ἀθηναῖος. Διογένης Ἰκεσίου Συνωπαῖος: Ἀλκιβιάδης Κλινίου Ἀθηναῖος. πλάτων Ἀρίστωνος Ἀθηναῖος. Plato Athenienſis Ariſtonis filius. Σαπφῶ Ἐρέσια. Ariadna. πλάτων. Gabriel Faërnus Cremon. Sic ſtatuam

T. Livii historiæ Romanæ principis vidi Patavii in curiâ. Et magni illius Germaniæ Phænicis Desiderii Erasmi Roterodami in foro Roterod. De Gladiatore Nicone Suidas memorat: *Eum habuiße quendam inimicum, qui ipsum nõ potuerit vivum superarẽ. Cum autem Nicon mortuus esset, statuam ipsius constitutam eße memoriæ caußâ in Templum; tum inimicum illam acceßiße atq; flagellaſſe: cumq; hoc continuaret, statuam illam Niconis flagellantem cecidiſſe eundemq; occidiſſe. At liberi occisi cædem statuæ vindicare volentes accusarunt statuam apud Thasios, qui illam in mare coniecerunt*, (Nota apud Græcos etiam rebus, quæ animâ carent, pænam irrogatam esse, ut Draconis lege vid. Pausan. ἠλιακῶν. 2. ὑπερώριζε, καὶ τὰ ἄψυχα εἴγε ἐμπεσόντι ἐξ αὐτῶν ἀποκτείνειεν ἄνθρωπον. Plura Mat. Stephan. in libb. de Iurisdict.) *cumq; ab iisdem apud Pythiam, qua ratione res suæ in pristinum statum restitui poßent, quæreretur: Respondit Sacerdos illa; Si extraxerint rursus statuam Niconis ex mari. Tum Thasii diu deliberantes nullum consilium inire poterant. Tandem verò piscatores piscibus insidiantes forte fortunâ illam invenerunt, Thasiis restituerunt, inq; priorem locum collocârunt.* * Obiter hîc noto, iram in 6.
vivum conceptam neque tamen in effectum productam, in eius statuam evomi solitam, crebrum apud stultam antiquitatem fuisse. Nam & leges nostræ, de his, quæ ἐπὶ τὸ πλεῖστον accidunt, latæ, non ignorant illam vanæ vindictæ cupiditatem. Ita enim inquit IC. in l. 27. ff.

deinitur. *Si statua patris tui in monumento posita, saxis cæsa est: sepulcri violati agi non posse, iniuriarum posse, Labeo scribit:* Et Plutar. in Timoleonte: Post exactum Vrbe Dionysium iuniorem & Icelem unà cum Chartaginiensibus suppliciũ de statuis Tyrannorum quasi de Tyrannis sumtum fuisse. Indeque natum est proverbium Græcum, Νεκρὸν μαστίζεις : *Mortuum flagellas:* neq; absimile est illud Italicum: Chi non può dar all'asino, percuote il bastio overo: Chi non può batter il cavallo batte la sella. Quod nos dicimus: Kan sich der hund nit rechen an dē / der ihn geworffen/ so fellt er an den stein. §. Feminis præterea olim statuæ sunt positæ. Cornelius Nepos in vita Attici: Quamdiu, inquit, abfuit, ne qua sibi statua poneretur restitit, absens prohibere non potuit. Itaque aliquot ipsi & Piliæ locis sanctissimis posuerunt. (De cuius dicti integritate vid. Lips. 1. Elect. c. 14.) Illustris etiam ad rem præsentem locus est Plinii l. 34. c. 6. Invenitur & statua decreta & Tarraciæ Caiæ, sive Suffeciæ Virgini Vestali, ut poneretur ubi vellet: quod adiectum non minus honoris habet, quam quod feminæ est decreta. Meritum eius ipsis ponam Annalium verbis: Quod campum Tiberinum gratificata ea esset
73 populo. * Materia statuarum varia fuit. Iñ l. 1. C. de stat & imag. nominatur argentum, æs, marmor. Gorgiæ Leontino Athenis statua ex solido auro, Beroso cum aureâ linguâ collocata est; Quo facit & Plauti locus supra à me adductus

ctus. Quantum verò auri vel argenti adhibitum fuerit statuis conücere est ex Statio Papinio lib. 5. Carm. Abascantii Pietas,

-- nunc quod cupis ipse iuberi

Da Capitolinis æternum sedibus aurum:

Quò niteant sacri centeno pondere vultus

Cæsaris &c. Auri pondo centum hîc nominantur: & totidem argenti in inscriptione lapidis cuiusdam in Hispaniis Coloniæ Aug. Gemellæ: P. NVMERIVS. MARTIALIS ASTIGITANVS SEVIRALIS. SIGNVM. PANTHEI. TESTAMENTO. FIERI. PONIQ. EX ARGENTI LIBRIS C. SINE VLLA DEDVCTIONE IVSSIT. Statua Iovis ex unâ vite laudatur à Plinio lib. 14. c. 2. quem refert Leand. Albert. in descript. Ital. p. 30. A Popolonia, inquit, era quella statua di Giove fatta d'vna vite, che tanti anni si converso senz'alcuna macchia, secondo il testimonio di Plinio. Giaceva adunque quella sopra questo promôtorio, che risguarda straboccatamente al Mare. | Sic statua Mercurii, ex cedro fuit, teste Georg. Pictorio Villing. lib. 1. serm. conviv. p. 21. Regum & Reginarum Angliæ statuas & simulacra ex cera visuntur Londini in West. monasterio quod vocant. Verùm enim vero ut ut materia tanti fuerit pretii plerunque tamen plus erat in manus precio, quàm in re, ut ait ICtus in l. 13. §. 1. ff. de v. s. *Fuit ab initio 8.
statuarum honor parcissimus, teste Livio: sed progressu temporis crescente honoris avidita-

te,& assentationis studio mira quanta hominum in erigendis certatim statuis fuerit insania. Vni Demetrio Phalereo CCC. statuæ erectæ leguntur apud Plutarch. Rhodi supra septingenta tria millia signorum,nec pauciora Athenis, Delphis atque Olympię fuisse: Romæ verò tantum statuarum, ut alter populus lapideus videretur, Alex.ab Alex.protulit. Quantum verò adhuc hodiè Romæ statuarum in hortis & Palatiis Cardinalium? Quantus thesaurus antiquitatis vel in sola æde Cõservatorum? Quantus apparatus artificiosissimarum statuarum Florentiæ in foro & peristyliis sive galeriis,quas vocant,Magni Ducis? Vbi tamẽ deplorandum, rarò constare de viris illustribus, quos statuæ repræsentent, vel de sculptoribus atq; statuariis. Adeò utriq; fine & voto suo exciderunt! Adeoq; verum est illud Poëtę *Vivitur ingenio cetera mortis erunt: Mors etiam saxis marmoribusq; venit.* Vt & illud I. Sannazarii

le statue,i sassi il tempo frange
E dei sepolcri incerta breve gloria.
Col canto sol potea levarmi a volo.

Vtrum verò plus artificii, laudis atque gloriæ tribuendum sit antiquissimis artificibus, quã nostris,animo dubius hærebit, quicunque opera recentiora vel ære fusa, vel marmore sculpta, Florentinorum cum primis, contulerit vel cum celeberrimis antiquis. In medio areæ Capitolii statua est Equestris ænea: in cuius basi hæc leguntur: Paulus III, P.M. statuam Equestrem

queſtrem à S.P.Q.R. Marco Antonino Pio etiam tum viventi ſtatutam, variis deinde urbis caſibus everſam, & à Sixto 4. P.M. ad Lateranenſem Baſilicam repoſitam, ut memoriæ optimi Principis conſuleret, patriaque decora & ornamenta reſtitueret, ex humiliori loco in aream Capitolinam tranſtulit atque dedicavit Anno Sal. MDXXXVIII. Illa ergo ut ad amuſſim elaborata meritò habetur: ita nec quicquam illi cedit ſimilis ſtatua Equeſtris Henrici IV. Regis Galliarum, Pariſiis ad Pontem novum: vel Coſmi I. Magni Ducis Florentiæ in foro, vel Bartholomæi Colleonii Bergamenſis, exercitus Venetorũ Ducis, Venetiis prope ædem Gemellorum, ſive Ioannis & Pauli, quod cænobium Dominicanorum eſt. vel Ducis Gritti Patavii prope ædem S. Antonii quem Patronum ſuum *il ſanto* vocant. Pariter ſi marmorea recentiorum Pontificum ſimulacra, præſertim Pii V. Gregorii XIII. Pauli V. in tẽplo S. Mariæ Maioris compares cum perfectiſſimis veterum operibus, dubiam certè palmã, ſi æquus rerum cenſor eſſe velis, relinquas oportet.* Quid? quod ſuperiori ſeculo 10. factum lego, id quod nuſquã extare puto in antiquitate: Albertum Magnum ſtatuam hominis formâ conſtruxiſſe, quæ libramentis quibuſdam, rotis atque aliis machinis intra latentibus peritiſſimè compoſitis, linguam quadam ratione & diſciplina moventibus articulata verba pronuntiârit. Hanc ſtatuam cum S. Tho-

mas Aquinas studiosè ab Alberto missus in cubiculum, ubi illa latebat, audisset verba adeò articulatè pronuntiare, perterrefactus fuste machinam contrivit, ac postea interrogatus, cum respondisset, se statuam confregisse, respondit Albertus: *Opus triginta annorum destruxisti*, ut ex Boter. lib. 8. polit. c. 3 refert Barth. KeKerm. syst. phys. lib. 1. c. 4. de natura p. 71. Hoc quidem reperio Mercurii statuam humanâ voce locutam: *Fortunæ quoque simulacrum Romæ locutum esse: Simulacrum Cumani Apollinis flevisse per quatriduum: item Iunonem sospitam Lavinii*, ut scribit Augustin. lib. 3 de civit. Dei c.
11. 11. ubi Lud. Viv. & ad lib. 4. c. 19. * Veruntamen diabolum potius per idola locutum esse, quàm statuas ita artificio quodam elaboratas vel etiam imposturis locum fuisse crediderim: quibus usi sunt Anno sal. CIↃ. IↃ. IV. Dominicani Bernæ Helvetiorum, qui ad conciliandos dogmatis sui, de ortu B. Virginis Mariæ, eam in peccatis conceptam esse, adstipulatores, in statuam eius ad hunc usum artificiosè instructũ se abdiderunt, statuæ gestus mirificos affingentes, gemere illam, lamentari, quiritari, profundere lacrymas, responsa sciscitantibus dare, populo persuaserunt. Quam historiam peculiari libello eodem illo anno edito expositam habemus, & legimus apud Peucer. in Chron. lib. 5. p. 1075. Si quis proferat Architæ Tarentini principis *columbam ligneam* volatilem: E oppono non solùm artificem illum Norimberger

bergensem, qui aquilam fecit, quæ Maximiliano Imp. Augustæ obviam volaret per quadrantem milliaris extra urbem Norimbergam, ubi supra caput Imperatoris quasi pendula ipsum in urbem euntem comitata est: verùm illos quoque operarios, qui gallum arte plus quàm humanâ cantu, naturali quàm proximo, alarũq; complosione horas diei ut indicet, effinxerunt. Cuiusmodi miraculum pro fabulâ haberi posset, nisi quotidiana inspectio & auditio cum alibi tum Augustæ atque Argentorati incredulitatem nobis excuteret, sensusque in admirationem solertiæ humanæ perduceret. *Sed modum in hac digressione, ut spero, non iniucunda servabo, ad Romanos redeundo: apud quos 12.
etiam vivis quandoque statuas poni solitas, ex superiori Equestris æneæ M. Antonini Pii statuæ inscriptione palàm fit. Dux Albanus nunquam absque detestatione crudelitatis nominandus, sumptuosissimam pariter & superbissimam sibi statuam posuit Antvverpiæ in Castello: cuius descriptionem habet Em. Metter. Histor. Belg. lib. 3. p. 168. In quam ita lusit non absque dente Poëta:

Cur statuam vivo Tibi Dux Albane dedisti?
An quia defuncto nemo daturus erat?
Non malè coniectas, neque enim crudelia laudem
Facta tua, infamem sed meruere crucem.

Hodiè verò SCtum legi in conclavi quodam ædium Conservatorum in Capitolio marmoi

incisum, de non tractando sive verba faciendo in Senatu vel ad populum de ponendâ vivo Pontifici, aut cui propinquorum eius statua, sub pœnâ infamiæ. De quâ postulatione statuæ factâ olim à collegio aut officio quodam agit
13. etiam l. ult. C. de stat. & imag. * Ex Iure nostro amplius notandum, statuas plerunque diebus festis erigi solitas. l. 2. C. d. t. quibus sportulas, divisiones aut epulum dari consuevisse ab illis, qui eo honore essent affecti; docet Barn. Brisson. lib. 8. For. Rom. Notaque est dedicatio statuæ aureę Nebucadnezaris ex Vaticiniis Dan. 3. cap. * Præterea l. 4. statuit, *expensis*
14. *eius, cuius ad honorem statua petitur, eam collocandam esse, ne aliorum honores aliis damnorum occasionem præbeant.* Imò & in principalibus imaginibus ac statuis erigendis privatæ collationis iniuria propulsanda præcipitur; ne quid in eis
15. suum collator cognoscat. l. 3. C. d. t. * *Amittunt* autem *Ius statuarum, qui relegati vel deportati sunt ex causa maiestatis.* l. 24. ff. de pœn. Quod ICtus Statuas detrahere vocat. Sic Athenis Demetrio Phalereo factum, ut est apud Plutarch. Sic statua Theodosii Imp. eversa, quam ob rem quidam tantam eum iram concepisse volunt, ut septem millia hominum in urbe Thessalonicâ interfici curaverit. A quâ tamen calumniâ Imper. vindicat, & graviores eius facti caussas recenset Phil. Melan. lib. 3. Chron.
16. p. 331. * Omissâ nunc generali tractatione, privilegia Principalium statuarum cognoscamus

mus. Primùm ex Ep. 10. Traiani ad Plin. notat C. Rittersh. Parens meus, non licuisse statuam Principis ex uno loco in alium transferre sine speciali permissu ipsius Principis. Facilè enim in crimen læsæ Maiestatis incidisse illum, qui tale quid ausus fuisset sine veniâ. comm. p. 90. Tamen inconsulto etiam Principe quandoque hoc fieri potuisse disco ex constit. Arcad. & Honorii in l. 16. C. de oper. publ. *Si quando usus*, inquit *textus*, *exegerit*, *vel porticus vel quaslibet ædes, ætatis senio seu fortuitis concussas casibus, reparari liceat, etiam inconsulta clementia nostra*, cum reverentia sui, imaginem deponere vel nostrâ, vel retrò Principum, reportatamque post refecta ædificia loco proprio denuò collocare. * 17.
Deinde qui statuas aut Imagines Imperatoris iam consecratas conflaverint, aliudvé quid simile contrà admiserint, veluti lapidibus impetierint. (id quod statuis Constantini M. contigisse, Chrysostomus in concionibus ad Populum Antiochenum habitis refert.) L. Iuliâ maiestatis tenentur. l. 6. ff. ad L. Iul. Maiest. *Neq; 18.
tamen qui lapide iactato incerto fortuitò statuam attigerit, crimen Maiestatis commisit, ut Severus & Antonin. Iulio Cassiano rescripserunt. l. 5. §. 1. d. t. Quemadmodum hoc crimine liberatus est à Senatu, qui statuas Imperatoris reprobatas conflaverit l. 4. §. 1. d. t. Neque ille contrahit crimen Maiestatis, qui statuas Cæsaris vetustate corruptas reficit. l. 5. in pr. Neq; denique ille, qui imagines Cæsaris nondum

consecratas vendidit l. 5. §. 2. d. t. Falanio Equiti Romano obiiciebat accusator; quod venditis hortis statuam Augusti simul mancipasset, autore Tacit. lib. 1. annal. p. 251. Quò facit l. in modicis. ff. de contrah. emt. Et paulò pòst idem p. 252. Addidit Hispo: Statuam Marcelli altiùs quã Cæsarum sitam, & alia in statua, amputato capite Augusti, effigiem Tiberii inditam. Ad quod exarsit adeo, ut ruptâ taciturnitate proclamaret, se quoque in ea caussa laturum sententiam palàm & iuratum, quò ceteris eadem necessitas fieret. Qui locus lucem addit, & omnino conferendus est cum iis, quæ habet Sueton. in Tiber. c. 58. p. 231. Statuæ quidam Augusti caput dempserat, ut alterius imponeret. Acta res in senatu, Et quia ambigebatur, per tormenta quæsita est. Damnato Reo, paulatim hoc genus calumniæ eò processit, ut hæc quoque capitalia essent. Circa Augusti simulacrum servum cæcidisse, vestem mutasse; numo vel annulo effigiem impressam latrinæ aut lupanari intulisse, dictum ullum factumve eius existimatione aliqua læsisse. &c. Quod Tacitus & Tranquillus hic crimini dant, id receptum suo ævo fuisse Plinius indicat. Sine figurarum, inquit, discrimine capita permutantur. Et Caligula simulacra numinum e tota Græcia conquisivit, quibus capite dempto suum imponeretur. Sueton. Ægrè id tulit Tiberius. Nã solebant tyrannos ea ignomina afficere, videbaturque occultè quasi talem damnasse Mar-

cellus

cellus Augustum Hierony. in proph. Abacuc. c.3. cum tyrannus detruncatur, imagines quoq; eius deponuntur & statuæ, & vultu tantummodo commutato, ablatoque capite, eius facies qui vicerit superponitur. Porrò crimen Maiestatis incurrit Cocceianus Dion, quòd in eodem opere statuam Traiani & uxoris & filii defunctorum cadavera seu reliquias coniunxisset, quasi scilicet statua Imperatoria per funestam vicinitatem vel contagionem reliquiarum contaminaretur. Locus est in Epist. Plin. ad Traian. 82. ubi D. Parens in comm. p. 213. & 276 Ex qua Epistolâ hoc etiam notandum, statuas Principum ornamenta fuisse bibliothecarum: Quâ de re vid. Lipsi. syntagm. de Bibliothec. cap. * Ius insuper asyli statuas Princi- 19.
pum habuisse, cum ex locis Iuris nostri supra c. 3. adductis clarum est, tum ex l. 28. §. ff. de pæn. & l. un. C. de his qui ad stat. conf. Quo utroque textu separantur caussæ iustæ refugii ab iniustis. * Iustæ sunt intolerabilis sævitia domi- 20.
norum, fames, intolerabilis iniuria. §. sed hoc tempore. l. de his qui sunt sui. Iustus metus l. un. C. de his qui ad stat. si dominus servos ad impudicitiam turpemque violationem compellat. l. 2. ff. de his qui sunt sui. Si quis ex vinculis vel custodiâ, detentus à potentioribus, ad huiusmodi præsidium confugerit. d. l. 28. §. 7. ff. de pæn. Atque ita Callidromus, cum detineretur à Maximo & Dionysio Pistoribus, quibus operas suas locaverat, confugit ad sta-

tuâ Traiani, apud Plin. cap. 75. ad Traian. * In-
21. iustæ caussæ sunt, in iniuriam alterius. d. l. 28. §.
27. vel invidiam l. 38. de iniur. l. un. C. de his qui
ad stat. vel infamiam. l. in eum. 5. de extraord.
crim. ad statuam Principis confugere: vel ima-
ginem eius præferre. * Quod quàm familiare
22. olim fuerit, testatur Tacit. 3. annal. p. 312. *Exin
promptum quod multorum intimis questibus tege-
batur. Incedebat enim deterrimo cuiq; licentia im-
punè probra & invidiam in bonos excitandi, arreptâ
imagine Cæsaris: libertiq; etiam ac servi, patrono vel
domino cum voces, cum manus intentarent, ultrò
metuebantur. Igitur C. Cestius senator disseruit,
principes quidem instar deorum esse, sed neq; à diis
nisi iustas supplicum preces audiri, neq; quenquam
in Capitolium, aliavé urbis templa perfugere, ut ea
subsidio ad flagitia utatur. Abolitas leges & fundi-
tus versas, ubi in foro in limine Curiæ ab Annia Ru-
filla, quam fraudis sub iudice damnavisset, probra si-
bi & minæ intendantur, neque ipse audeat ius expe-
riri, ob effigiem Imperatoris oppositam. Quo sermo-
ne Cestius id effecit ut accitam convictamq; attine-
ri publicâ custodiâ Drusus iusserit.* Tacito adstipu-
latur Philostratus de vita Apollon. lib. 1. *Erat,*
inquiens, *apud Aspendios asylum, statuaq; illa san-
ctiores illis in locis venerabilioresq; quàm Iovis O-
lympii simulacrum, habebantur, ita ut impietatis
quidam damnatus fuerit, quod servum suum verbe-
24. rasset, qui drachmam argenteã Tiberii imagine si-
gnatam gestabat.* * Tandem verò huic nodo cu-
neum posuerunt Principum rescripta & SCta:

Sebaſtianus Munſte-
rus.
Seneca uterque.
Servius.
Speculator.
Statius.
Statuta Luccenſia.
Strabo.
Suidas.

Terentius.
Tertullianus.
Thomas Lanſius.
Tit.Livius.
TheophilusParaphra-
ſtes.
Thucydides.

Valentinus Cremco-
vius.
Valentinus Guilel-
mus Forſterus.
Valerius Maximus.
Varro.
Vegetius.
Velleius Patercul.
Virgilius.
Volaterranus.
Weichbild.

Xenophon.
Xiphilinus.

Zaſius Vdalricus.
Zeno Veronenſis.

VD. Zazius lib. 2. Singul. Responſ. c. 1. n. 25.

Nec Te moveat, Lector, quòd me in Doctoribus allegandis, non involvo, ut nunc hunc nunc illum citem, quemadmodum novitii Legulei folia inaniter occupantes, facere aſſueverunt, oſtentationem, quàm utilitatem magis conſiderantes. &c. quaſi pulcrum ſit, ſi intus & in tergo plena ſint omnia Bartolorum, Baldorum, Imolar. Raph. Paul. Iaſon. *Alex.* Salicet. aliorumque id genus Doctorum. Nam ſi eos ad omne verbum citare neceſſe ſit, quis erit finis? Cùm Doctores ſupra Doctores magno ingeniorum proventu creſcant. *Miſera* certè ſuperſtitio: imò nugoſa vanitas.

Feſtus.
Franciſcus Scottus.
Fridericus Taubmannus.
Franciſcus Hotomannus.

Gellius.
Georgius Schönbornerus.
Gregor. Nyſſenus.
Guido Papa.
Gulielmus Budæus.
Gulielmus Lambardus.
Gulielmus Zepperus.
Gunther. Ligurinus.

Henningus Göden.
Henningus Arniſęus.
Henricus Bocerus.
Henricus Salmuth.
Henricus Bruningus.
Henricus Meibomi⁹.
Herodotus.
Hermānus Vulteius.
Hieronymus. S.
Horatius IC.
Horatius Poët.
Hoſtienſis.

Hubert. Giphanius.

Iacobus Cuiacius.
Iacobus de Belloviſu.
Iacobus Pontanus.
Iacobus Menochius.
Iacobus Sannazarius.
Iaſon Maynus.
Ioachimus Camerarius.
Ioannes Bodinus.
Ioannes Bartholomæus Martianus.
Ioannes Chryſoſtomus.
Ioannes Faber.
Ioannes Gerhardus.
Ioannes Igneus.
Ioannes Lucius.
Ioannes Ovvenus.
Ioannes Parladorius.
Ioannes Sleidanus.
Ioannes Stobæus.
Iodocus Demhouderius.
Iodocus Sinzerus.
Iſidorus Peluſiota.
Iulius Clarus.
Iulius Pollux.
Iuſtinus Epitomat.

Iuſtus Lipſius.
Iuvenalis.

Lambertus Danæus.
Leander Albertus.
Lucianus Samoſatenſis.
Ludovicus Bologninus.
Ludovicus Vives.

Matthæus Weſenbecius.
Matthias Bergius.
Matthias Stephani.
Michaël Piccartus.

Nicephorus.
Nicolaus Boërius.
Nicolaus Craſſus.
Nicolaus Damaſcenus.
Nicolaus Machiavellus.

Oldradus.
Ovidius.

Panormitanus Abb.
Paulus Fagius.
Paulus Matthi. Wehnerus.
Pauſanias.
Petrus de Ferrariis.
Petr. Gregor. Tholoſanus.
Petrus Heigius.
Petrus Martyr.
Petrus Rebuffus.
Petrus Sarpus.
Philippus Comineus.
Philo Iudæus.
Philippus Melāthon.
Philoſtratus.
Plautus
Plinius uterque.
Plutarchus.
Polybius.
Polydorus Virgilius.
Pomponius Lætus.
Procopius.
Proſper Farinacius.

Richardus Dinoth.

Sächſiſch Landrecht/ Weichbild.
Salicetus.
Salvianus Maſſiliens.
Scipio Gentilis.

Sebaſtia

ita ut vinculis publicis coërceatur. d. l. 38. ff. de iniur. & d. l. §. 7. aut arbitrariè puniatur. l. 5. de extraord. crim. is, qui intempestivè immunitate statuarum uti frui præsumserit. Regulariter itaque prohibitum est ad statuas confugere: incumbitque iustæ caussæ probatio fugienti: Nā adversus eum præsumitur. d. l. 28. §. 7. ubi gl. verb. confugere. ff. de pœn. Recteque Restaurus de Imp. q. 95. scribit hoc refugium ad statuas de consuetudine non videri admissum, neque receptum. Et certè, credo, inquit Iul. Clar. d. q. 30. n. ult. quod vix posset in practica obtineri. * Postremò nec illud silentio prætereundum. Cognitionem refugii iusti demandatam fuisse olim Præsidi sive Proconsuli, ut apparet ex l. 2. de his qui sui vel al. iur. sunt. §. sed hoc tempore. l. eod. Nec non *Præfecto* urbi. Ita enim præcipitur in l. 1. §. 1. Servos, qui ad statuas confugerint, de dominis querentes audiet: non accusantes dominos (hoc enim nequaquam servo permittendum est, nisi ex caussis receptis) sed si verecundè expostulent: *si sævitiam, si duritiam, si famem, quâ eos premant, si obscænitatem, in quam eos compulerint, vel compellant, apud Præfectum urbi exponant.* d. l. 1. §. 6. ff. de offic. Præf. urbi. 25.

EPILOGUS.

Atque tantum est, quod de Iure Asylorum, materiâ utilissimâ iucundissimâque, meditatus

sum: In quo me mihi met ipsi non satisfecisse ingenuè fateor. Fateor & illud, nova me non dixisse (quid enim sub cælo est, quod non dictum aut factum sit prius?) sed novè, ut spero, id est paulò quàm alii, quorum vestigia adoravi, uberius atque concinniùs. Te itaque, amice Lector, qui scopum scriptionis meæ ab initio intellexisti, tenuitatem meam boni ut consulas rogo. Quod si feceris, animum atque ingenium meum excitabis ad maiora, ubi remotis studiorum impedimentis, cum quibus hactenus conflictatus fui, quieti me dare potero.

Vale & salve. Scripsi tempore Etesiarum Anni 1622. Altorf. in Acad. Noric.

EXPLICITVS EST TRACTATVS.



